<sup>121</sup> ¶ Octauo quid in officiis: Bal. in c. ad audientiā. el j. circa fi. ver. sanē in officiis. de rescri. tenet q; nō. vnde infert q; si quis in testamēto dedit executores fratres suos, nō intelligitur de sororib;: q; fœmina inualidū habet cōsiliū.

¶ Et ex tali ratione videtur, quod dictum de officiis procedat



cedat in materia differenti, prout regulariter est in officiis: ut in hac l. *formina*.

¶ Non dicitur specialiter dubitatur, an appellatione fratris, soror includatur de iure communi? Hoc clarum videtur in dispositione legis: quia iura hoc expressè dicunt. l. tres fratres. ff. de pact. vbi gloss. & in l. Lucius. §. quæsitum. de leg. ij. & in l. Lucius. in prin. vbi gloss. ff. famil. ercisc. & in l. Lucius. §. Mæuia. el. ij. ff. ad Treb. & not. Fulgo. in consilio lxxj.

¶ Et hoc procedit etiam si verbum, fratres, ab homine proferatur: ut not. Angel. in d. l. tres fratres in d. §. quæsitum. & in d. §. Mæuia. & sequitur Alexan. in consil. viij. animaduersis. col. ij. lib. iij. Et Pau. de Cast. in d. l. fratres. vbi ipse distinguit, an proferatur in numero plurali vel singulari.

¶ Sed magna dubitatio est, an hoc habeat locum in statuto? Pet. de Anch. in c. j. de constit. quem refert Alexand. in d. consil. lxxxv. ¶ tenet quòd non, in statuto odioso. & idem Paul. de Cast. in consil. cccxl. hæreditas prædicta. quem refert Fran. de Cur. in consil. ix. Et concludit Pau. de Cast. in d. consil. quòd statutum excludens sororem à successione fratris, non habet locum in successione sororis. & idem tradit Bened. Cap. in consil. lxxij. cum viso. circa si. qui tenet quòd non: quia non propriè masculinum concipit fœmininum. Et quia sunt diuersa nomina, frater & soror, non est idem sicut est in filio & filia. Et hoc idem in casu substitutionis not. Fulg. in consil. xxxiiij. domina Catherina. quia non propriè masculinum concipit fœmininum. ideo appellatione fratrum non veniunt sorores. Et idem in statuto exorbitante tenet Cor. Peru. in consil. xciiij. circa prin. lib. ij. in prin.

¶ In contrarium autem est decisio Bald. in consil. xlviij. factū tale. in verbo. dubitatur. lib. v. vbi inquit. ¶ quòd in dispositione legis & testatoris appellatione fratris soror comprehenditur. Et idem dicit in statuto si eadem ratio sit. & idem tradit Alexan. in consil. lxxxv. animaduersis. colum. ij. lib. iij. §. alleg. & latè Franc. de Cur. in consil. ix. Ticinensi statuto. & Ludo. Bologni. in consil. lx. tota difficultas videretur in perferendo, an sit eadem ratio in sorore quæ est in fratre. Nam vbi esset diuersa ratio, allegata supra in contrarium procederent: & exemplū habetur per Alexand. in consil. xv. viso. testamento. lib. iij.

Decimo

115 ¶ Decimo, notandum est de quibusdam verbis specialiter. Nam appellatione coniunctorum a uterque sexus comprehenditur etiam de proprietate sermonis. Alex. in consil. xv. circa dubitationem. col. si. lib. ij.

¶ Idem est appellatione propinquorum. Bald. in consil. cccxxxiii. in qd. lib. ij. Idem est appellatione proximorum. vt not. Ange. in consil. cclxxxix. viso facto. Idem est appellatione descendendum, quia veniunt masculi & foeminae. Alex. in consil. clx. viso themate. lib. ij.

116 ¶ Idem est appellatione posterorum. Anto. de Butr. in consil. ix. viso puncto. in primo dubio, cum simili vt s. dixi & tradidit Pet. de Ancha. in consil. cccxxxix. pro maiori intelligentia. colum. iij.

¶ Et sub nomine auunculi matertera non comprehenditur. Cor. Perus. in consil. cclxxj. lib. ij.

117 ¶ Ultimo, e contra, foemininum b non concipit masculinum. l. si ita scriptum. de leg. ij. not. per gloss. in s. fin. qui da. tuto. test. poss. in l. j. ff. de verbo. signi. Ideo ancillis legatis masculi non continentur. l. seruis legatis. de leg. ij. Nam hoc esset contra naturam, quam ars quantum potest imitatur, vt dicit Car. in ele. j. in ij. qd. de sepul. in fin. & in clemen. j. iij. quaestio. de elect. Et ideo nomine abbatissa. abbas non comprehenditur: vt per gloss. in clemen. ascendentes de statu monac.

¶ Et intelligitur, nisi esset eadem ratio in masculo, quae est in foemina: vt dicit Anto. de Butr. in c. si. char. ix. de consuetu. quem referunt & sequuntur Modern. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn. iudic.

c ¶ Sed hoc non videtur verum c: quia tunc non esset differentia inter masculinum & foemininum, e contra. d. l. si ita scriptum.

¶ Et e contra illud dictum Ant. de Butr. allego text. notabile in c. quoniam. in princ. de simo. ¶ vbi poena quae mulieribus imponitur, non habet locum in masculis, in quibus tamen erat eadem ratio. Et illum tex. ad hoc ponderauit Ioan. de Anan. Sed illud quod dicit Anto. de Butr. posset habere locum quando dictum fuisset de foemina gratia maioris frequentiae d.

d Ex quo inferitur ad quaestionem quam Albe. ponit in j. parte statutorum, quaest. c. iij. incip. sed quid si statutum sit in villa. quod quis non teneat capras sub poena, an habeat locum in hircis. dicit fuisse determinatum Mutinae quod non, de consil. Alberti Papiens. per regulam

A [REDACTED]

b Foemininum, Vide Alex. in l. sed si hac, s. li. beros. de in ius vocando. & in consil. xlvj. iij. volu. & consil. lxxvj. Hie, Chur

c [REDACTED]

d [REDACTED]

dicta l. si ita scriptum. quia foemininum non concipit masculinum.

¶ Dicit tamen Alberic. quod vidit contrarium obseruari propter identitatem rationis: & dici potest expressum fuisse de capris propter maiorem frequentiam, vt dixi. Et ad hoc facit gloss. in l. j. C. de rap. virg.

¶ Appellatione tamen personæ masculus continetur, vt not. Bal. a in l. quicumque. col. iij. ver. idem si statutum diceret, quæcunque persona. C. de seru. fugi. Et idem dicit ibi, nomine vniuersitatis. per l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. causa. Et idem dicit Bald. in d. l. quæcunque. de nomine aquilæ: quia masculus & foemina comprehenditur. Et in hac l. hæc satis sint.

PHILIPPVS Decius regius senator Delphi.

### In §. Item impuberes. Argumenta.

- 1 Impuberes ciuilibus fungi officijs haudquaquam possunt.
- 2 Impubes iudex eligi nequit.
- 3 Impubes dignitatem aut officium sine administratione potest obtinere.
- 4 Pupillus, quod scilicet iudicio careat, ab officijs prohibetur administrationem requirentibus. & nu. 5.
- 6 Iuramentum non præsumitur esse de feudi substantia.
- 7 Pupillus in ecclesia cathedrali canonicatum habere potest.
- 8 Pupillus in ecclesia præbendam obtinere potest.
- 9 Pupillus iure hæreditario dignitatem cum administratione potest obtinere.
- 10 Pupillus neque notarius neque testis esse potest.
- 10 Impuberes defectu iudicij non possunt ad testimonium admitti.
- 11 Pupillus maior factus testis esse potest de his quæ vidit in aetate pupillari.

### §. Item impuberes.

ITEM impuberes ab omnibus officijs ciuilibus debent abstinere.

¶ NOTA regulam ¶ quod impuberes ab omnibus officijs ciuilibus remouentur. Et ideo non tenetur pater qui consentit filium infantem creari decurionem: quia creatio nõ valet. lege Lucius. §. pro infante filio. vbi glo. ff. ad municip. Et idem est in officijs ecclesiasticis quæ impuberibus non conferuntur. c. indecorum. de atate & qualit. c. superinordinata. de præbend.

Et

¶ Et ista regula generaliter procedit, adeo quod etiā propter penuriam hominum impubes non admittitur. l. ij. §. si. ff. de iure immun.

2 ¶ Secundo ampliatur, et ut etiam iudex eligi non possit, ita quod officium debeat exercere post pubertatem: quia tempus electionis consideratur. vt not. Bar. in l. impuberem. in prin. §. de fal. vbi dicit, quod pupillus notarius creari non potest, hoc modo, vt postea factus maior officium exequatur. alleg. l. excusatur. in princip. §. de excu. tut. & text. in c. si eo tempore. de rescript. in vj.

3 ¶ Sed hoc dictum dubitabile videtur: et quia vt j. dicam, impubes potest habere officium & dignitatem sine administratione. Ergo nihil repugnare videtur, quominus constituatur notarius conferendo exercitium post tempus pubertatis: quia tunc dum est impubes nihil facit iudicio intellectus impuberis. Sed postea post pubertatem exequitur officium secundum iudicium quod tunc habet. Secus esset quando a iudice officium haberet. fundamentum à iudicio pupilli, dum est pupillus: gratia exempli: Si minor xiiij. annis faceret testamentum conferendo eius testamentum post tempus pubertatis. Certè hoc non valeret. vt not. in l. si minor. ff. de ser. expor. ibi, consilio eius quasi non resistit. & facit tex. in l. j. §. si. ff. commod.

¶ Non obstant iura allegata per Bart. quia habet locum, quando electio fit simpliciter. Secus quando facta est conferendo exercitium in tempus habile: de quo tamen videndum est, quod dixi in c. post testonem. de probatio.

4 ¶ Tertio pupillus prohibetur hic, quia iudicio caret: vt dicit textus in l. cum prator. §. non autē. ff. de iudi. & in §. praterea. instit. quibus non est permis. fac. testam. & facit tex. in l. j. §. impuberes vero. de fal. mo. Idcirco tertio ampliatur ista regula, vt contrarium per viam dispensationis à principe constitui non possit: quia super defectu iudicij naturalis dispensari non potest. vt not. Innoc. in c. seiscitatis. de rescript. l. d. in l. bonarum. C. qui admit. fa. tex. in l. fin. C. de testa. milit. cum similibus, vt not. tradit ibi Alexand. Et videtur hoc procedere, nisi pupillus esset doli capax: quia cum eo videtur quod princeps dispensare possit: vt not. Angel. & sequitur Alex. in d. l. si. per illum tex. de testa. mil. & ad hoc facit tex. in d. l. de minore. in princip. ff. de quæst. vbi in crimine l. i. x. maiestatis impubes habilitatur ad testimonium. & facit gl. in c. de iur. in vers. in canonicis. de rescript. in vj. quæ dicit quod Papa ex certa scientia potest causam pupillo committere. Et de hoc tradit Abb. & Moder. in c. cum vigesimum. de offic. de leg.

5 ¶ Et prædicta regula nunc limitatur vt procedat in officiis & dignitatibus cum administratione. Secus esset in officio & dignitate simpliciter quæ non haberet administrationem: ad quā etiam pupillus habilis videtur: vt no. Bal. post Odo. in d. l. si. per illū tex. de testa. mili. Et idem Bul. per

illum tex. in l. fed & milites. §. iam autē. ff. de excu. tut. vt not. Bar. in l. j. col. x. vers. ex prædictis patet. C. de digni. lib. xij. vbi inquit, quod infans licet nihil intelligat, miles creari potest. Et hoc sepe numero faciunt barones & reges qui faciunt eorum filios paruulos milites: vt Alb. dicit in d. l. fi. Et ista ratione etiam infanti feudum concedi potest: quia magis habet naturam beneficii, quam contractus. Et licet non possit iurare. l. iusiurandum. §. pupillo. ff. de iureiur. Juramentum non est de substantia feudi. ita Bal. dicit in l. si quis seruo. C. commu. de manu. & facit tex. in l. quam tuberonis. §. pupillum. ff. de pecul. vbi pupillus potest habere peculium.

¶ Et eodē modo in ecclesiasticis potest pupillus habere canonicatū in ecclesia cathedrali, licet vocem dare non possit. c. ex eo. de elec. in vj. no. in c. fi. vbi gl. de iud. in vj.

¶ Et potest etiam pupillus habere præbendam in ecclesia: vt not. Bald. in l. admittentes. §. qui corporis. ff. de excu. tut. & est text. in c. ex insinuatione. de sumo. de quo Feder. tradit in consi. xlix. domine Raynut. & in consilio cxxij. casus est talis: quædam est canonica. Et late Abb. in c. super inordinata. de præben. Nam etiā pupillus potest habere ordines minores, in quibus sufficit septennium. vt per gl. lxxvij. distin. in summa. & in elem. in. de ata. & qualit. Ergo etiam poterit habere beneficia simplicia: vt s̄ dictum est: quia ille qui reputatur habilis in ordinibus, etiā in beneficiis debet habilis reputari. ca. de his. vbi gl. xxvij. distin. in c. accepimus. de ata. & qualit.

¶ Secundo, regula procedit nisi pupillus iure hereditario dignitatem cum administratione consequeretur: vt patet in filio regis, qui mortuo patre succedit vt not. in cap. grandi. de sup. neglig. præla. & not. Bal. & Ang. in d. l. si de test. mil. & idem Ang. in l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudic. Et tunc debet regi per tutorem: vt no. Old. in consi. liij. quæstio talis est. Io. And. in addi. Specu. in tit. de tut. in rub. cum simil. vt tradit Alex. in d. l. fin. & Abb. in c. cum vigesimum. col. ij. de offic. deleg. Ioan. de Ana. in rub. de delic. pue. col. j.

¶ Et per istam regulam infertur, quod pupillus non potest esse notarius. vt no. Bald. in d. l. impuberē. in prin. de fal. Et eodē modo non potest esse testis. l. iij. §. lex Julia. l. inuiri. in si. ff. de testib. §. testes autē. in titi. de testa. quia eius testimonium esset, sicut si cæcus testificaret de coloribus: vt Bal.

vt Bal. dicit in l. testium. C. de testib. col. ij. vers. redeo ad primum.

¶ Et licet non opponatur, eius dictum non valet: quia ipso iure est nullum. vt not. Ang. per illum text. in §. j. in auti. de testamen.

10 ¶ Et non videtur quod etiam in defectum aliorum im puberes admittantur propter defectum iudicij naturalis, ex eo quod §. dictum est per l. ij. §. fina. ff. de iure in muni. licet secus esset in aliis testibus qui ob alium defectum repelluntur.

¶ Et ista conclusio fallit in crimine læsæ maiestatis in quo pupillus ad testimonium habilitatur. l. de minore. in prin. ff. de quæst. Secundo fallit quod ad iudicium faciendum si sit doli capax: vt not. per gl. in l. inutili. l. ij. in fi. ff. de testi. & no. Bar. per glo. ibi in l. fi. C. de his quibus vt indig. & in l. ex libero. §. fi. ff. de quæstionibus. Non tamen facit iudicium plenum, sed aliquale. vt no. Bar. in l. maritus. supra de quæstionibus.

11 ¶ Tercio & vltimo limitatur, nisi sit maior factus: quia testificari potest de his quæ vidit in pupillari ætate secundum glo. in l. ij. §. lex Iulia. §. de testi. in l. notione. §. instrumentorum. de verb. sig. in l. ad testium. in prin. ff. de testa. & in §. sed neque. instit. de testa. & not. Spec. in tit. de testi. §. j. vers. sed nunquid factus impubes. Et hoc est verum in his quæ vidit dum esset proximus pubertati: vt no. Bar. in d. l. ad testium. in prin. & in d. §. instrumentorum. & est communis opinio: vt dicit Aret. in d. l. ad testium a. & Ang. Aret. in §. testes. instit. de testa.

A ¶ Sed tñ considerandū est: quia hoc nō videtur verum b. Nam ex quo eorū dictum refertur ad tēpus pupil. ætatis in quo non habebat iudiciū, non videtur valere testimonium: quia factus pubes nō deponit. Prout nunc, sed prout tunc. facit text. in l. ij. §. fi. ff. cōmo. vbi factus maior nō obligatur pro cōmodato factō in ætate pupillari.

PHILIPPVS Decius Valen.

In l. Eius est nolle. Argumenta.

- 1 Nolle nubere non dicitur, quæ viri potens non reperitur.
- 2 Religiosus qualiter intelligatur non habere velle aut nolle.
- 3 Silere dicitur propriè qui loqui potest, & desinere qui cœpit.
- 4 Tutor nomine pupilli bonorum possessione agnoscere quit, repudiare nequit.
- 5 Repudiare posse eum, qui & adire, qualiter intelligendum.

Nolle

6. Nolle & velle contraria sunt, medium inter vtrunque est non velle.

7. Voluntatem cessare, differt ab eo quod est, eandem reuocare.

REGVLA III. VLPIANVS.

**E**IVS est nolle, qui potest & velle.

¶ Ista regula vltra glo. melius exemplificari potest, ex eo quod dicitur in l. pater Severinam. in princ. ff. de condi. & demon. & Bar. ibi ponit summarium huius l. Et not. illum. quod illa f. quæ non est viri potens, non dicitur nolle nubere, ex quo matrimonium contrahere non potest. Et sic velle non potest, bene facit text. in l. quis sit fugitiuus. §. idem ait si seruus. ff. de adil. edi. vbi nolle dicitur ille qui potest statim facere. & non fecit ibi, cum posset noluit. Ad idem text. in l. nolle adire. ff. de acqui. har. vbi non videtur nolle adire qui non potest. Et ista ratione dicitur, quod si religiosus non habet velle nec nolle. c. si religiosus. de elec. in vj. & in c. si religiosus. de testa. in vj. in c. si. de sepult. eo. lib. not. in c. non dicatis. xij. q. j. & ideo non nocet nolle ei qui velle non potest. vt not. Bald. per illum text. in l. ab administratione. C. de leg. vbi post Iac. But. infert ad statutum quod imponit pœnam declinanti iurisd. potestatis, vt non habeat locum in clerico qui etiam si velit non potest coram seculari litigare. c. si diligenti. de fo. cõp. & hoc latè prosequitur ibi Alex. & per istum etiam vt s. & nolle etiã dicitur, qui facit quod non possit velle. vt not. Bald. in c. intelligimus. col. ij. de iudi. per l. j. C. de natu. lib. vbi etiam Bald. in vlt. not. idẽ dicit. ¶ Et per istum text. dicit Abb. in consi. xxij. quidam Ioã. colum. ij. lib. ij. quod si ille dicitur proprie silere, qui potest loqui: & desistere dicitur ille, qui inchoauit. vt not. Cald. in consi. xvj. de verbor. significa. facit text. de pœni. distin. ij. in fi. vbi dicitur, quod illud quod non est, deseri non potest. Et proprie excusatur ille qui acceptare potest: & qui non potest, dicitur improprie excusari gl. not. in l. j. §. initium. in versi. casum. ff. de postul. & facit quod not. per glo. in c. ad dissoluendum. de despon. impu. dum inquit, quod non moritur ille qui non vixit. alleg. xxxij. q. ij. in ca. quod verò. & in c. sicut ex vestratum. de homi. ci. cum simi. vt per gl. in d. c. ad dissoluendum. & est regula generalis, quod priuatio presupponit habitum. l. de cem. de verbo. oblig. l. manumissiones. de iusti. & iure. l. non

non videtur. 7. eod. vbi de hoc plenè videbimus.

4 ¶ Et regula istius legis secundum gloss. Barto. hic fallit in tutore qui bonorum possessionem agnoscere potest pro pupilo: & tamen illam repudiare non potest. l. tutor. ff. de bonorum possessione.

¶ Sed tamen videtur dicendum quòd imò ista regula etiam in tutore habeat locum: nam ipse potest nolle, cum habeat facultatem adeundi hereditatem, vel agnoscendi bonorum possessionem. Ergo etiam bene verificatur, vt dicatur nolle adire vel nolle agnoscere. Sed non sequitur quòd licet dicatur nolle adire vel nolle agnoscere bonorum possessionem, quòd videatur repudiare: quia ex eo quòd tutor dicat, nolle agnoscere, nolle adire, non infertur repudiatio: vt not. in l. qui se patris. C. vnde liber, vbi declaratum fuit.

5 ¶ Bene verum est quòd per illum text. in d. l. tutor. limitatur regula. l. is potest. s. de acquir. hered. 7 vbi dicitur: is potest repudiare, qui potest adire. Nam illa regula habet locum in eo qui iure suo & ex propria persona adire potest. Secus si ex persona alterius. vt not. Bar. hic: & sequitur Alex. in l. legatū. ff. de leg. j. in l. fin. C. de repub. bon. possess. Et hoc etiam non videtur verum: quia imò regula d. l. is potest. etiam habet locum in eo, qui ex persona alterius adire potest: vt probatur in l. is qui hares. s. fin. s. de acquir. hered. vbi in repudiando voluntas patris & filij requiritur sicut etiam in adeundo necessaria est, vt etiam dixi in d. l. ij. de repud. bon. possess. Et ideo d. l. tutor. alium habet verum intellectum: quia procedit in eo qui ad utilitatem alterius adire potest. Nam in praxi dicitur alterius repudiare non potest. vt no. idem Barto. in d. l. is potest. col. v. vbi alleg. gl. hic, quæ hoc sentire videtur, dum dicit quòd fallit in tutore ratione officij.

6 ¶ Postremo, ad declarationem verborum regulæ, notandum est quòd nolle & velle contraria sunt. Et inter ista contraria datur medium, quòd est, non velle vt not. Bart. in l. iam dubitari. de hered. instit. facit quòd not. in l. j. scientiam. ff. de tribu. Nam verbum nolle, denotat expressam resistantiam: non sic in verbo non nolle. vnde dormiens bene dicitur non velle: sed non dicitur nolle, vt tradit Innoc. Ioan. And. & docto. in cap. prudentiam. s. sexta. de offic. deleg. cum similib. vt dixi ibi, & in l. qui se patris. post Alexand. ibi. C. vnde lib. Et adde Abb. qui videtur

¶ Non velle.  
adde Bald. in l.  
verborum C. de fi-  
dei commiss.



**A** Reuocetur. not. vñi casum vnicū in materia reuoc. mandati. quōd vbi subest causa reuocandi mādatū, reuocatur. l. si eum Cornelius. ff. de solut. ibi, nec causam habuisset. Hier. Chuc.

**B** Reuocare. hinc etiam dicitur iudex qui posuit quōdam ad cōfina donec reuocauerit, an eo mortuo expirat cōfina. de quo videtur Barto. l. centesimis. hic alleg. Bald. in l. in emptis. vbi late Sali. de cōtrah. empt. late per cano. in c. si gratiose. de rescri. lib. xi. H. C.

**C** [REDACTED]  
[REDACTED]  
[REDACTED]  
[REDACTED]  
[REDACTED]  
[REDACTED]

detur in c. finem litibus. de dolo & contu. in ij. col.  
¶ Et ad prædicta etiā fa. quia ¶ aliud est, quōd in aliquo casu cesset voluntas: & aliud est, quōd voluntas reuocetur. **A** gratia exempli: morte mandantis expirat mandatum, & mandatum non extinguitur per mortem tanquam reuocatum sit à domino. Sed quia voluntas domini cessat. l. iij. ff. loca. nam per mortem non dicitur voluntas reuocata: quia reuocatio est quando contraria voluntas ponitur, & talis reuocatio per mortē fieri non dicitur. ita notabiliter Bart. dicit in l. more maiorum. col. si. §. de iuris. om. iud. vbi per hoc infert quod si aliquis causam delegauerit, donec iusserit reuocandum, quōd per mortem non videtur reuocare **B**. Allegat bonum tex. in c. si delegatus. de off. deleg. in vj. & est cōmunis opinio, quod per mortem non dicatur actus reuocari: vt late Alex. concludit: quia alios refert. in l. ceteris. §. si. de verb. obli. & est dictum Innoc. in c. licet vndique. de off. deleg. refert & sequitur Ang. in l. & quia. §. de iuris. om. iud. Et sic ille cuius voluntas cessat. dicitur non velle. Et nolle dicitur, qui reuocationem facit. **PHILIPPVS** Decius Valentia.

### In l. velle non creditur. argumenta.

- 1 Velle non putatur, qui superiore cogente operatur.
- 2 Voluntarius non dicitur actus qui iussu patris vel domini est factus.
- 3 Voluntas coacta qualiter voluntas dici possit.
- 4 Voluntatem coactam, voluntatem esse, in negotiis propriis & non alienis intelligendum.
- 5 Voluntas an possit dici coacta in eo, qui gerit negotia aliena.
- 6 Voluntas dicitur quandoque coacta conditionali violentia.
- 7 Filius vel seruus aliquid faciens mandato patris vel domini pressus excusatur.
- 8 Locator operarum excusatur, si iussu conductoris aliquid fecerit in fundo alieno.
- 9 Laborator an ob denuntiationem cum protestatione extrajudiciali desistere teneatur.
- 10 Bona fides possessoris non alteratur per simplicem denuntiationem.
- 11 Vicinus vicini negotia nosse præsumitur.
- 12 Iudicis mandato qui quid operatur, an aliquando excusetur.

### REGVLA IIII. VLPPIANVS.

**V**ELLE non creditur, qui obsequitur imperio patris uel domini.

NOTA

- 1 ¶ NOT A quòd non reputatur velle ille qui actum facit ex iussu patris vel domini: licet enim praxise nō cogatur obedire, quia etiam iubente domino seruus potest nolle adire: vt dicit tex. in l. cum proponas. C. de har. infit. Tamen obtēperando actus ille non dicitur voluntarius, vt hīc dicitur. Et secundū glo. hoc intelligitur quo ad hoc vt à pœna excusetur, aliās secus: quia etiam voluntas coacta, voluntas est. vt per glof. quaz alleg. l. si mulier. §. si metu. el. ij. §. quod met. cau. & l. si patre cogente. §. de ritu nup. Sed certē hoc modo ista regula multum restringitur intelligendo illam respectu pœnæ, de qua in text. nihil dicitur. Et ideo generaliter vt verba sonant intelligitur.
- 2 ¶ potest, quia propriē & verē nō datur velle: nec t̄ actus voluntarius videtur, quando fit iussu patris vel domini quia ex voluntate fieri dicitur, quod ex libero mentis arbitrio profici scitur. vt dicit tex. xv. q. j. cap. j. in §. voluntatem. Et per obedientiam propria voluntas maclatur, vt inquit tex. viij. q. j. in c. sciendum. Et actus non dicitur voluntarius, quando fit ab eo qui poterat compelli: a vt no. Bald. per illum text. in l. nouissimē. ff. quod fal. tut. auth. & tradit Io. And. in c. praterea. in versi. extorquentes. de iure patr. & in regula bonafides. in prin. de reg. iur. in vj. cum simul. vt dixi in c. cum M. de consti. & facit text. in l. rem legatam. j. de ad. leg. vbi alienatio dicitur voluntaria, quando non instante necessitate, sed à mera voluntate procedit. Et ideo ex prædictis bene inferitur, q̄ hæc regula absolūtē procedat prout loquitur.
- 3 ¶ Non obſt. q̄ voluntas coacta volūtas dicatur, vt in iuribus alleg. in gl. & ad idē text. in l. si priuatus. in princ. §. qui & à quib. & est text. melior de iure. xv. q. j. in c. merito. quia respondetur q̄ voluntas est qualificata & nō simpliciter, vnde non propriē dicitur, ex quo nō est simpliciter, sed secundū quid b arg. l. hoc legatum. & q̄ ibi Bar. de leg. iij. Et ad hoc est tex. ad literam in c. maiores. in §. item queritur. de baptisim. vbi dicitur, q̄ coactus dicitur velle cōditionaliter & non absolūtē. & facit tex. in d. l. si priuatus. vbi primo dicitur, q̄ coactus manumittere voluntatē accōmodauit. Et postea dicit tex. q̄ nō fuit voluntas manumittendi. Et sic simpliciter & absolūtē eius qui cogitur nō dicitur volūtas. Et in primo limitat & declaratur illud qd̄ dicitur, q̄ volūtas coacta, volūtas est. Et regula nostra intelligitur de volūtate simplici & propria.

Secun

¶ Secundo, quod dicitur quod voluntas coacta voluntas est, habet locū 4  
in negotio proprio. Secus est in negotio alterius: vt no. Bal. dicit in rub.  
de controuer. inuest. in fi. per l. j. in fi. ff. de auto. tut. & idem no. Bal. in l.  
ij. §. sed si quis. col. fin. C. commu. deleg.

¶ Sed considerandum est, quod imò etiam in gerente negotium alte- 5  
rius: quia in tutore vel procuratore voluntas coacta voluntas est, dum  
eligit potius hoc facere, quàm aliud malum pati, vt dicitur in d. c. meri-  
to. xv. q. j. Nam ratio ista quæ in facto proprio consideratur, etiam in  
alieno procedit, bene verum est quod compulsio non reddit actum nul-  
lum in facto proprio: secus in tutore. & ita loquitur text. in d. l. j. in fi. Et  
hoc idem est in pluribus aliis casibus, vt not. ibi per gloss.

¶ Tertio voluntas coacta voluntas dicitur, quando violentia præcise 6  
non inferitur, sed est conditionalis: puta: nisi sic feceris, te interficiam. In  
eo enim quod elegit ita facere potius quàm mori, eius voluntas est: vt  
declarat text. in d. c. merito. v. q. ij. & in d. c. maiores. in §. item quaritur.  
de bapt. Secus quando quis præcise cogitur aliquid facere, quia tunc nul-  
lo modo consentire videtur: quia potius dicitur pati, quàm agere: vt di-  
cit text. not. in c. fatis. quod met. cau. & idem habetur in d. c. maiores.

¶ Quarto & ultimo licet coacta voluntas dicatur, non tamen est volun-  
tas spontanea. vt no. Abb. per illum tex. in c. j. de reg. & est gl. not. xxxij.  
q. v. in c. notificasti. in verò. licentia. & no. Abb. in c. cum locum. de spon-  
sa. in c. abbas. quod met. cau. Et in hoc etiam considerandū est, quia si vo-  
luntas spontanea accipitur pro libera, hoc habet locum in qualibet vo-  
luntate simplici quæ proprie libera esse debet, per ea quæ superius di-  
cta sunt. Si verò capiatur spontanea voluntas pro voluntate eius qui  
spontè se offert; tunc spontanea voluntas à voluntate simplici distingui-  
tur. Nam sponte fieri dicitur illud quod fit proprio motu, & non ad pe-  
titionem: vt not. dicit Pet. de Anch. in cle. præfenti. de censu. in v. not. vbi  
expressè dicit, quod non dicitur spontè fieri illud quod fit ad petitionē.

¶ Ultimo notandū est quod dicit gl. hic per istū tex. & excusatur filius 7  
vel seruus qui aliquid facit de mādato patris vel dñi. Et hoc intelligitur  
in delictis leuibus qui non habēt atrocitatē: vt gl. dicit per l. ad ea. §. eod.  
Et hoc est text. in l. liberorū. §. excusantur. ff. de his qui not. in fa. & in  
liber homo. la. ij. in princ. §. ad leg. Aquil. & gloss. ibi latè insitit. Secus  
est in grauius delictis in quibus non excusatur filius vel seruus. d. l. ad  
ea. quæ à contrario sensu. & est tex. in l. seruus non in omnibus. §. de act.  
& oblig. & no. Bar. in l. seruus. ff. de noxal. in l. non solum. §. si mandato.  
col. j. §. de iniur. & ibi in vers. idem puto. dicit q. qualibet iniuria perso-  
nalis dicitur graue delictū quantū ad propositū. Et licet in grauioribus  
(vt dictū est) non excusetur filius vel seruus ex iussu patris vel domini,  
pœna tamē mitigatur: vt est tex. no. in l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi publ.  
& Bal. & Sali. ibi ad hoc not. illū text. Et eodē modo excusaretur etiā in  
atrocibus

- atrocibus, qñ seruus cogeretur à dño sub comminatione mortis si illud nō faceret: vt Bar. dicit in d.l. seruus. de no. xal. Et hoc haberet locū in quolibet q tali modo p me- tū cōpelleretur: vt no. per doc. in l. vt vim. s. de iust. & iu.
- 8 ¶ Et quod supra dictū est de filio vel seruo, etiā habet locū in aliis hominibus sui iuris qui ex mādato alterius exculant, saltē in his quæ sunt de gñe permissorū. vt no. per gl. fi. in l. in rem. §. tignū. ff. de rei vend. quæ dicit de
- A laboratore a qui cōductus de mādato cōductoris intra- uit fundū alterius, q̄ excusatur. & Bar. Ang. & Doct. illā sequuntur. & tradit no. Bal. in consi. cccc. lxxij. statuto ciui- tatis Papiæ. lib. iij. secundū nouā formā. & no. Alb. in l. si quis id quod. col. pe. in ver. itē facit. s. de iuris. om. iud. & idē Alb. in l. j. in prin. col. j. in fi. in ver. & bene facit ista litera. s. de eo per quē fac. est. & no. Bar. in d. l. non solū. §. si mādato. col. iij. in ver. sed quarto. Bal. in l. non ideo. col. j. ver. & nota q̄ l. nostra. C. de accu. & idē Sali. ibi. in j. q. & idē Bal. in auth. ingressi. col. ij. in ver. quod dico de medico. C. de sacrosan. eccle. & facit q̄ not. Bal. in q. ac- cufatus de vi turbatiua. col. antepe. ver. tertio queritur.
- 9 ¶ Et prædicta cōclusio limitatur non procedere quan- do prædicto laboratori sit facta denūtiatio. vt dicunt Imo. & Rona. in l. de pupillo. §. nuntiationē. in ver. quis forte. per gl. ibi. in ver. nullus. in fi. Et idem voluit Ange. in d. §. tignū. in ver. quod intellige. dicens, q̄ contra la- borantes nō obstāte protestatione eis facta, est præsum- ptio doli. & idem no. Ang. in auth. vt omnes obe. iud. in iij. col. in ver. item ex hac lectura patet. & sequitur Alex. in cōsi. xxxvj. visis his quæ per dominos. lib. j. col. ij. & in consil. lxxix. visis his quæ egregie. lib. iij. Et ista videtur cōmunis opi. licet idem Alexā. contradicat in d. l. de pu- pillo. §. nuntiationem. col. iij. vbi inquit, q̄ laboratores propter talem protestationē non debent desistere: quia illa denūtiatio extraiudicialis non cōstituit illos in ma- la fide. alle. tex. in l. pe. ff. pro empr. vbi emptor rei alienæ qui bona fide possidebat nō cōstituitur in mala fi. ex eo q̄ quis extraiudicialiter sibi denuntiauit rē esse suā.
- 10 ¶ Sed responderi potest, q̄ tex. in d. l. pe. loquitur in eo qui erat in bona fide causata ex tit. emptionis: meritō il- la bona fides nō alteratur ex simplici denuntiatione al- terius. Non sic videtur in laboratoribus, quorū bona fi- des & credulitas erat solū fundata in simplici dicto con- ductor

ductoris: ideo etiam ex simplici dicto alterius alteratur. Cum nulla fit ratio quare magis uni quam alteri credatur. Et sic defenditur ista limitatio quæ maximè habet locum si protestatio facta fuisset re integra antequam laboratores intrarent fundum. arg. l. si fundum. & quod ibi Bar. C. de rei vend. & ex eo quod dixi responderi potest ad doctrinam Bar. quæ facit pro opin. Alex. in l. quod te. col. pen. s. si cert. pet. in l. qui in alterius. de regu. iur. cum simi. vt dixi ibi, quod quis non tenetur credere denuntianti vel protestanti in eo quod non pendet à facto proprio nisi sit protestatio: quia in facto alieno est probabilis ignorantia, nisi sit scilicet scilicet scilicet per instrumentum: nam hoc non videtur habere locum in laboratore: quia, vt dixi, sicut fuit facilis ad credendum conductori: ita etiam debet contradicenti credere, & desinere.

Secundo gl. in d. §. tignum, habet locum propter ignorantiam probabilem in qua sunt laboratores. Secus ergo videtur si ignorantia non est probabilis: vt quia essent vicini qui præsumuntur habere notitiam, quia vicinus præsumitur scire facta vicini. c. quosdam. de præsumpt. & not. Bar. & doct. in l. j. ff. si cer. pet. Et in simili casu ad propositum nostrum tradit Spec. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum est. in fi. & in terminis tradit Alex. in consi. xxxvj. lib. j. s. alleg. Et pari ratione id est esset dicendum in aliis casibus in quibus scientia præsumitur: vt quia esset factum in loco, propter quam scientia præsumitur: vt not. Bar. in l. is potest. col. vj. de acqui. bar. & in l. si cui. §. eisdem. ff. de accu. cum simi. & tradit Alex. in consi. xxxvj. visis his. col. ij. lib. j. & in consi. clxxvj. in hac causa col. iij. lib. ij. & in consi. clxx. col. ij. eo. lib. ij. & secundum istam limitationem procedit tex. in l. ij. in fi. in ver. si verò. ff. de term. mot. de quo tex. opponit Alb. & non soluit in l. si quis id quod. ff. de iur. om. iu. Nam loquitur ille tex. quando operari scienter hoc fecerunt, vt colligitur ibi in ver. seq. quod si per ignorantiam. vbi tex. aduersariè loquitur de ignorantia. Ex quo datur intelligi quod in d. ver. si verò. immediate procedenti loquitur quando scienter id factum fuit & non placet sol. Moder. in d. §. nuntiationem. qui dicunt quod in tex. d. l. ij. sequitur quando laboratores conducebantur ad opus illicitum: quia ibi non constat hoc: quia illa mutatio lapidum & terminorum de se non videtur de genere prohibitorum. Ad supradicta etiam esset videndum, an excusetur ille qui mandato iudicis aliquid facit. Et regula est quod sic, in regu. quod quis. de reg. iur. in vj. & in l. non videtur. §. quod iussu. j. eo. & quomodo hoc procedat & intelligatur, reseruat dicendum ibi, vbi melius cadit,

PHILIPPVS Decius Valentia.

### In l. In negotiis. Argumenta.

- 1 Furiosus quia agenda non intelligit, meritò negotium gerere nequit.
- 2 Furiosus ne ad pias quidem causas testari potest.

Testam

- 9 Testamentum furiosum aliquo de Romano approbatum legitur.  
 In rebus pro delictis non potest esse que in rebus pro  
 sensu communi.  
 10 Furiosus factum non personale dicitur, sed casuale.  
 6 Furiosus in dem cauus, quibus & ignorans ligatur.  
 7 Filia furiosa aliquo casu pro consentiente habita.  
 Filia sanæ mentis, si non contradixerit, pro consentiente  
 haberi debet.  
 8 Furiosus quo differat à pupillo dari valente.  
 9 Pupillus infans à pari procedit cum eo, qui infantie proxi-  
 mus est.  
 10 Pupillus qualiter obligari possit, remissiuè.

## REGVLA V. PAVLVS.

**I**n negotijs contrahendis alia causa habita est fu-  
 riosorum, alia eorum qui dari possunt, quamuis  
 actum rei non intelligant. nam furiosus nullum nego-  
 tium contrahere potest: pupillus omnia negotia tuto-  
 re autore agere potest.

1 ¶ PRIMO noto, quòd ¶ furiosus nullum nego-  
 tium contrahere potest: quia non intelligit quod agit. §.  
 furiosus. instit. de inutil. stipul. & nulla est eius voluntas.  
 l. furiosi. j. eod. §. præterea. instit. quibus non est permis.  
 facere testamen. & in omnibus, & per omnia loco ab-  
 sentis, & quiescentis habetur. l. ij. §. furiosus. s. de iure  
 codicil. l. j. §. adipiscuntur. s. de acquiren. possess. & in l.  
 vbi non voce. §. furiosus. j. eod. in l. ij. §. furiosus. s. de  
 procuratoribus.

¶ Et ista conclusio procedit etiam dato quòd actus per  
 furiosum rectè factus fuisset, prout prudenti cõueniret:  
 quia hoc videtur factū à casu ex quo mente caret: vt di-  
 citur in d. §. præterea. cum simili. s. allega. Et hoc patet,  
 2 quia ¶ etiam ad pias causas furiosus testari non potest: vt  
 Barto. concludit in l. j. in j. quæstio. C. de sacrosan. eccle.  
 bene facit text. in cap. si. de successio. ab intesta. & in c. si-  
 cut tenor. de regu. & hoc videtur verum, quando constat  
 talem non esse sanæ mentis: aliàs verò ex dispositione  
 quæ mature & prudenter facta sit, ex quo hic nō constat  
 de furore, videtur quòd nō præsumatur furiosus. Et hoc  
 A modo videtur procedere quod notat Ioan. And. in capit.  
 3 si. de successio. ab intesta. circa fin. vbi refert a ¶ testa-

**B** Delicto. Nota tamen quod si culpa sua sit factus furiosus & delinquit, non excusatur. ita Car. in clem. j. de homic. in vj. quod de delicto tamen commissio ante furorem non potest puniri criminaliter. ita Bal. in c. j. de eo qui frat. suum occidit. & ista est communis opin. de qua vide latissime per Ias. post Alex. l. ex facto. de vulg. & pup. col. x. verfic. sed pulchrum dubium, & Bald. in ca. in lictis. de rescriptis. & hoc procedit etiam si ante furorem fuerit condemnatus, secundum doct. ibi. Si tamen

constaret de simulatione, bene potest puniri. ita Bal. l. furiosum. qui test. fac. poss. C. in cautela hinc vsus est quidam iudex in patria mea quadam cautela: nam cum vellet mandare sententiam executioni contra quandam malefactorem: fuit oppositum quod non poterat propter superueniente furorem: tunc ipse fecit ponere malefactorem in loco ubi erat sagittandus: & precepit cuidam ex executoribus ut periret sagitta lignum in quo malefactor erat: quo facto ipse alta voce petiit confessionem: & sic detecta fuit malitia malefactoris. Qualiter autem probetur furor, vide Barb. c. de dilectus. de succes. ab intesta. ij. col. Ias. l. furiosum. j. col. quia quis non presumitur furiosus, secundum Bald. per illam Lin sine. C. de heredibus instit. ideo alleganti incumbit onus probandi, ut per Bald. in l. nec codicillos. C. de codic. & Card. cle. j. alleg. in ij. q. Et an probetur per testem non reddentem rati-

mentum cuiusdam qui dicebatur furiosus, ex eo quod recte factum fuisset, Romae in senatu approbatum fuisse, & recitatum Bal. in c. j. in prin. per quos fiat inuest. Alex. in l. furiosum. C. qui testa. fac. poss. & facit quod no. Ang. in d. l. furiosum. ubi inquit, quod in furioso qui dilucida habet interval- la, ex qualitate actus praesumitur factum quoniam erat sanae mentis a. cum si. & tradit Alex. in c. xi. mature quod. col. iij. lib. j. & in c. xi. visis attestationibus. col. pen. lib. ij.

¶ Secundo, praedicta conclusio quae videtur loqui in contractibus, ampliatur ut habeat etiam locum in delictis, in quibus furiosus non punitur. l. sed & si quemcumque. §. ij. ff. ad leg. Aquil. l. i. l. iud. §. sane. s. de iniur. & etiam pro graui delicto b. puta pro homicidio. ut est tex. in l. diuus. §. de offic. prat. l. infans. s. ad leg. Corn. de sica. in l. pen. §. si. s. de par. Aliqualis tamen poenitentia imponitur, si furiosus post delictum commissum ad sanam mentem conuertatur. ut dixit tex. xv. q. j. c. si quis infaniens. & hoc toleratur, ne disciplina ecclesiae deferatur. ut dicitur in c. excommunicatorum. xxij. q. v. ubi imponitur poenitentia pro homicidio permisso, ne disciplina ecclesiae deferatur. & in hoc tenet Luc. de Pen. in l. si apparitor. col. fi. de coarta. lib. xj. Sed hoc dictum non videtur verum: quia furiosus pro tali homicidio non efficitur irregularis, tex. in cle. j. de ho. ergo non videtur aliquo modo puniendus: & quia satis ipso furore punitur. d. l. diuus. & d. l. pen. §. si. de par. & quia ibi dicitur tale homicidium esse impu-

nitum

5 nitum. ¶ Et quia factum à furioso, videtur factum à casu sine facto personæ. vt dicit tex. in l. fi. in fi. s. de administrat. & glos. hoc tenet in d. c. si quis infaniens. in versi. propria. & ad illum text. in princ. responsio colligitur. Non obstat. tex. in d. c. excommunicatorum. quia ibi potest esse culpa, quæ non cadit in furioso.

6 ¶ Et ad supradicta notandum est, quod furiosus tamen obligatur ex causis ex quibus ignorans obligatur, vt probatur in l. ij. §. & si furiosi. s. de neg. gest. & no. per gloss. hic, & tradit Barto. in l. Iulianus. in vij. col. ff. de conduct. indebiti.

¶ Et no. etiam casum singu. quem glo. hic adducit in quo furiosa filia pro consentiente habetur. in l. ij. §. voluntatem. ff. sol. mat. vbi videtur ille tex. contra text. in l. quia certum. ff. loca. vbi furiosus non potest haberi pro consentiente: quia expressè consentire non potest. Docto. laborant in ratione illius §. voluntatem. in d. l. ij. sol. mat. Ias. ibi dicit quod in d. §. voluntatem. non fingitur consensus aut voluntas: quia istud est impossibile in furioso. d. l. qui ad certum. sed ibi fingitur non contradictio: quia filia ibi furiosi habetur pro non contradicente.

¶ Sed certè hoc videtur cõtra illum tex. qui expressè dicit consentire eam, quia meritò credat: ergo ibi fingitur consensus: & nullo modo dici potest quod fingatur ibi non contradicere: quia in veritate non contradicit filia furiosa. Cùm ergo habeamus veritatem, non est opus fictione: quia fictio cum veritate non conueniret. l. filio quem pater. s. de lib. & posthu.

7 ¶ Præterea in illo casu filia sanæ mentis, si non contradicit, habetur pro consentiente, vt ibi dicitur, nisi euidenter contradicat, videri patri consentire, ergo in illo casu non videtur differentia an fingatur consentire, vel fingatur non contradicere. Et ideo stat cõtrarium de d. l. quia certum. quia in filia sanæ mētis, taciturnitas habetur pro consensu: quia contradicere potuisset: fecus videtur in furiosa. d. l. quia certum.

¶ Sed potest responderi, vt dicit gloss. hic, quod ibi sit casus specialis: & ratio specialitatis videtur, quia actio erat communis cum filia: & quia nõ agitur de interesse filia, ex quo pater teneretur illam iterum dotare, si non haberet dotem: vt not. per gloss. in l. ij. §. quod si in patris. in verbo, dos est. ff. sol. matr.

ratione dicti sui vide Bald. in l. solam. C. de testibus. Paul. de Cast. in d. l. furiosum. H. C.

A Furiosus. Et an furiosus gatur deat omnibus privilegijs pupilli. Bald. in l. ij. C. qui admittit. & vnum no. q. licet furio. nõ habeat consensum in contractibus, habet tamen in quasi cõtractibus. ita Bald. in sua Margar. in verbo, furiosus. & in dubio si sit furiosus per dilucida intervalia si faciat testamentum vel cõtractum, præsumitur fecisse tempore non dilucidi intervalli: ita Bald. vbi s. H. C.



¶ Secundo principaliter noto differentiam quā regula facit inter furiosum & pupillum qui dari potest, & idem habetur in §. furiosus. & in §. pupillus. instit. de inut. stip. Secus est in pupillo infante, quia furioso æquiparatur, vt à contrario sensu colligitur hic. & ad idē pro ista æquiparatione est text. in d. §. pupillus. in l. j. §. adipiscimur. §. de acq. pos. in l. Fulcinius. §. adeo. ver. ita autē. §. ex quib. cau. in pos. ea. in l. pupillus. §. de acq. hære. in l. vij. §. de condic. fur. in l. quod infans. §. de rei ven. in l. infans. §. de fca. in l. inuitū. de ser. vrb. præd. in §. præterea. instit. qui non est permis. fa. test. in l. quod pupillus. §. de condic. inde in l. pupillus. §. de act. & obl. in l. j. C. de fal. mo. limitatur in casu l. infantis. C. qui admitti. vbi gloss. facit differentiam inter infantem & furiosum, de quo ibi dixi.

¶ Et quod dictum est de pupillo infante. idē est si infantia proximus sit. vt dicitur in d. §. pupillus. instit. de inuti. stip. & glo. ibi declarat, quando dicatur proximus infantia vel pubertati in verbo infantie proximus. & idē gl. in l. pupillum. in j. glo. j. eo. no. Bart. in l. j. ff. de noua. col. ij.

¶ Et de hoc quomodo intelligatur & procedat, videbimus in d. l. pupillum. j. eo. vbi melius cadit: quia text. ibi loquitur de pupillo proximo pubertati. Regula ergo ex differentia quæ traditur hic, procedit in pupillo qui sit maior infante & proximus pubertati: quo casu habet aliam quem intellectum, & actus in eo fundari potest & suppleri cum autoritate tutoris: vt hic dicitur, & in d. §. pupillus. de inuti. stipul.

¶ Et qualiter pupillus obligetur, no. Bar. in d. l. j. col. pe. 10 §. de noua. cuius dicta reassumit Ange. Aret. in d. §. pupillus. col. j. & videbimus in l. pupillus. j. eo.

### In l. Non vult hæres esse. Argumenta.

- 1 Legitimus cōsentiens hæreditatem transferri in institutum, præsumitur nolle hæres esse.
- 2 Transferre latus patet, quàm concedere.
- 3 Transferre velle intelligitur quis varij modis. & nu. 9.
- 4 Corruptere volens mulierem, quando capite puniri debeat.
- 5 Voluntas non eadem est cum facto, sed ipsa re distincta.
- 6 Verba statutorum sunt propriè intelligenda.
- 7 Veneno interficere volens: an sit pleciendus, si non perfecterit quod voluit.
- 8 Venenum emens necandi gratia punitur, ac si necasset.

Verba

- 9 Verba actum denotantia pro materia subiectae ratione sumuntur, quandoque pro simplici voluntate.  
 10 Voluntas ex facto collecta, praesumitur tacita.  
 11 Actus se habens per modum actionis, fortior censetur eo, qui per patientiam constat.  
 12 Non velle dicitur, qui etiam velle potest.

## REGULA VI, VLPIANVS.

**N**on vult haeres esse, qui ad alium transferre  
 voluit hereditatem.

- ¶ Ista regula melius quam glo. dicat, exemplificari potest in casu l. si quis ita haeres instituitur si legitimus. s. de haere. instit. vbi haeres institutus sub conditione  
 1 si legitimus haeres hereditatem vendicare nolit. ¶ Nam si legitimus consentiat quod hereditas in heredem institutum transferatur, apparet quod non velit esse haeres, vt hic dicitur: qui enim rem in alterum transfert, illam nolle ipse habere dicitur: vt de donatione text. dicit in l. senatus. §. j. ff. de dona. cau. mor. vbi qui donat, illum potius quam se habere mavult. Et qui rem habet pro delicto, intelligitur voluisse in alium transferre, & a se omnino reiicere: vt inquit text. in l. j. in l. si id quod. §. si. ff. pro dereli. in l. quod seruus. in princip. ff. de stipulat. ser. & in §. hoc amplius. instit. de rer. diuisi. Et ideo hic bene dicitur, quod non vult haeres esse, qui ad alium voluit hereditatem transferre: & verbum istud, transferre, de quo tex. loquitur, intelligitur de totali abdicatione: ¶ quia plus est transferre, quam concedere. vt per glo. in c. j. de commo. in §. sed quod principi. in verbo, concessit. instit. de iure natu. & in capit. lex est. ij. distinct. qua exponit translulit, id est concessit. Et ideo translatus de vna ecclesia in aliam, nihil retinet de prima. xxj. q. ij. ca. si quis translatus. Et not. Bald. per illum tex. in l. Vlpianus. ff. de excu. tut. Et dum in text. dicitur hic voluit transferre, ista verba dupliciter intelligi possunt.  
 3 ¶ Primo simpliciter pro nuda voluntate: vt quia declaravit voluntatem suam esse quod hereditas in alium transferatur, prout dictum est in figuracione casus, per illum tex. in dicta l. si quis ita haeres.  
 ¶ Secundo, illa verba, voluit transferre, intelligi possunt cum effectu,

effectu, ita quòd re ipsa hereditatem ipse in alium tran-  
 stulerit. Et ita videtur glo. hic intelligere. ¶ Et secundum  
 istum intellectum hic probatur quòd voluit glo. not. per  
 illum tex. in l. hn. ff. de re. diui. quæ verba hic posita, mu-  
 ros transcendere voluerit: interpretatur & intelligit, q.  
 re ipsa transcederit nulos. ¶ Et Bar. ibi per illam gl. in-  
 fert ad statutum quo cauetur quòd si quis voluerit a ali-  
 quam mulierem corrumpere, capite puniatur. Nam in-  
 telligitur, quòd cum effectu illam corruperit. Et ex hoc  
 dicto Bar. infert Franc. de Cre. in suo. not. xlix. defensau  
 semel, quòd stante statuto, quòd si quis voluerit aliquem  
 venenare, capite puniatur, quòd tale statutum non habe-  
 ret locum in illo qui præparauerat venenum, si delictū  
 non fuit consummatum: quia verbum illud, voluerit, in-  
 telligitur de re ipsa quòd fecerit. Et pro tali expositione  
 etiam est glos. in l. j. in verbo voluerit. ff. de leg. ij. Et illū  
 not. ibi Alex. in si. post Pau. de Cast. Et ad idē est glo. in l.  
 si. in prin. C. de cōdi. in ver. voluerit. quæ exponit volue-  
 rit, id est elegerit. & in l. si constituerit. in ver. voluisse. ff.  
 fini. reg. & in l. quòd si ab initio. ff. si cer. pet. & in c. si di-  
 ligenti. in verbo purgare. de foro compe. & no. Bal. Ang.  
 & Imo. in l. si quis Sempronium. s. de heredi. insti.  
 ¶ Sed tamen<sup>b</sup> aduertendū est in prædictis quæ Docto-  
 res simpliciter sequuntur. Nam talis expositio est contra  
 proprietatem verborum: ¶ quia volūtas ab ipso facto se-  
 parata est, & distinguitur. c. j. de eo qui mit. in pos. l. pro-  
 missor Stichi. §. cum constituto. s. de constit. pec. Et ideo  
 exponere verbum voluerit pro ipso actū, est contra pro-  
 prietatem verborū. Bene tateor quòd talis expositio to-  
 lerari potest quandoque propter subiectam materiam:  
 quia verba secundū subiectam materiam accipiuntur. l. si  
 vno. in prin. vbi Bart. C. loc. etiam impropriatio verba: vt  
 Alexan. tradit in consi. v. puto de iure. lib. iij. cum simil.  
 vt dicam in l. quoties. j. eo. Et hoc modo procedit & in-  
 telligitur glo. in d. l. fin. s. de rer. diui. Nam illa expositio  
 ibi necessaria est, quòd exponatur verbū illud, transcē-  
 dere voluerit, pro facto quòd transcederit: quia pœna  
 de qua ibi agebatur, erat imposita pro ipso facto, vt dici-  
 tur ibi in principio. l. si quis violauerit. Nam verbum il-  
 lud, violauerit, designat factū. vnde licet postea inferius  
 in eadem l. dicatur quòd Remus occisus fuit ex eo quòd  
 muros transcendere voluerit: cōsonat quòd verbū illum  
 voluerit

**a** Necesitas. Imo videtur quòd sic: quia statuta punientia delicta, intelliguntur de consummatis, iuxta doctrinam Bart. & omnium in l. j. ad leg. Cor. de fca. & statuta debent intelligi in casu vero, & non ficto. l. ij. & ibi Bald. §. hæc verba. de neg. gest. & l. quequid. de verb. oblig. 3. & sic ista voluntas venandi etiam si processit ad actum propinquum, dicitur ficta, vnde non potest puniri per statutum quia requirit

factum verum & consummatum: dicitur. Et ideo illatio quam facit Bar. ad statutum in d. l. si. non bene probatur in statuto: quia in statuto non coarctabit illa ratio ita interpretandi quæ in præalleg. l. si. habet.

**6** ¶ Et in contrarium est regula communis. ¶ quòd statutorum verba propriè intelliguntur. l. ij. §. hæc verba. vbi Bart. ff. de neg. gest.

¶ Minus etiam satisfacit illa decisio Franc. de Cre. quòd statutum, si quis voluerit venenare aliquem, non habeat locum in eo qui preparavit venenum.

**7** ¶ Primo, quia militat ratio inducta contra Bar. quòd in casu statuti non subest illa necessitas a recedendi à proprietate verborum, prout erat in casu d. l. si. de rer. diui.

¶ Secundo, quia in casu in quo loquitur Frac. de Cremona, decapitandus, sed quòd puniatur alia pœna pecuniaria: per not. per Cyn. & docto. in l. is qui cum telo, ad leg. Cornel. de sicar. Tertio facit, quia per consuetudinem totius mundi est derogatum omnibus legibus disponentibus conatum puniri. vt vult Specu. in titul. de accusat. in §. j. quem sequitur Bald. in consilio cccxlj. in j. vol. incip. quidam rumor, & Alexand. in con. xv. in j. vol. ij. col. ij. Ange. & Moder. in l. j. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. Felin. in tract. quando conatur puniatur. in ij. colum. Ang. in tract. malefi. in ver. & ex interuallo. pe. col. Bertach. in suo reper. in ver. si. venenatio. vbi dicit se pluries iudicasse Romæ. Barbat. latissimè in consilio xxxij. in ij. volumin. & hæc est communis opin. prout ipse dicit. & sic videtur quòd bene iudicauerit Franc. de Cremona. exponendo venenauerit, id est, re ipsa fecerit. & mors secuta est. pro quo facit text. gloss. in cap. consulere. de simo. his tamen non obstantibus credo opin. do. Philip. veram per ea quæ ipse subtiliter dicit, prout moris eius est semper mittere falce suam in materias subtiles, nodosas, & intricatas, & eas miro & subtili modo enucleare: nam negari non potest, quòd voluntas sit separata ab ipso facto. text. cap. j. hic per eum alleg. vbi gloss. in ver. voluntatem, alleg. plures coner. quæ voluntas in delinquendo retenta in animo etiam in atrocissimis delictis non punitur. l. cognitio. §. de pœnis. latè Car. in Clem. j. de vsur. in ij. q. sed vbi processum est ad actum exteriorem, efficitur punibilis: vt no. dicit Bald. in l. non ideo minus. C. de accus. vj. col. dicens, quòd etiam in atrocissimis voluntas, seu ordinatio ad delinquendum non punitur, nisi processum sit ad aliquem actum ordinatum de præfenti ad ipsum factum, quo casu venit punienda: sic ergo in præfenti casu. Secundo, vbi quis est impeditus impedimento facti, vt quia fuit detectus, non venit puniendus conatus: vt volunt Docto. maxime Card. in d. c. j. de eo qui mit. in pol. Tertio, statutum loquitur clarè & expressè puniendo ipsam voluntatem, ergo debemus sequi illud: quia lex vel statutum quantumcunque durum & rigo-

rosium fit, ubi clarè loquitur, est sequendum. l. prospexit. ff. qui & à quibus. Quarto, verba statutisunt intelligenda propriè ubi absens intellectus non sequitur: vt in l. ij. §. hæc verba. & ibi Bar. ff. de reg. gest. ita in casu isto cum clarè constet voluntatem statuentium velle punire ipsam voluntatem delinquendi propter atrocitatem delicti: vt in l. j. C. de malef. ubi gloss. Salice. & Ioan. Fab. & Ange. post gloss. in §. alia. in fit. de publi. ind. Bald. in suo consilio elxiiij. in ij. v. l. ubi appellat istud delictum grauisimū. dicent quòd committens tale delictum, proditor & homicida nuncupatur. ergo si est grauisimū, quare non puniet eius conatus, sicut in aliis etiam homicidie. vt in crimine laese maiestatis, & in alia finamento: vt vult ipse Bald. & Ange. post gloss. ibi in die. §. hæc verba. & magis late Ludou. Bo. lo. in suo cons. viij. in ij. colū. versic. quo as. finamento.

Quinto, facit dictū consilium Bald. ecclvi. ubi vult, quòd si ibi prebatum esset quòd ille qui tentauit committere adulteriū, fecisset quicquid potuerit, & per eum non steterit, quòd veniret puniendus: tamen quia ibi non perseuerauerit: quia auferuntur ubi statutum clarè vult punire conatum: quia tunc non potest dici casus factus, imo verus, quia ipsa voluntas delinquendi verè est: nec etiam non consummatum, quia satis est consummatum illud quod punit statutum nec etiam oblitet communis opinio, quæ habet, quòd generali consuetudine est hodie derogatum omnibus legibus punientibus conatum, quia illa non extenditur ad atrocissima delicta, vt §. dictum est, nec etiam oblit. dict. cap. consulere, qua responde,

n. ille non habuit simplicem voluntatem, sed deuenit ad actum, quia venenum preparauit, & per eum non stetit, quia detectus fuit, vt ipse dicit: quo casu statutum videtur voluisse talem pœnam imponere propter atrocitatem delicti: quia plus est hominum veneno interficere, quàm gladio. l. j. C. de male. Et ad hoc bene facit decis. Bar. in l. j. ff. de parric. ubi in vlt. no. per illum tex. dicit quòd ille qui emittit venenum vt daret alicui, licet non dederit, punitur tamen ac si dedisset. Quod dicit notandum esse cōtra quosdam monachos qui voluerunt abbatē venenare. ¶ Et de hoc not. Ioan. de Ana. in rub. de his qui fil. occ. & Barth. Veron. in consi. lxxxj. vifa inquisitione. & est consilium vltimum. Et idem Bartho. Veron. in consi. v. casus talis. & in simili casu de abortiuo tradit And. Sicul. in cō. fil. xxij. sapientissimus dicit. lib. ij. col. pen. ¶ Eodem modo quantum ad casum huius l. applaudet quòd verba illa, transferre voluerit, intelligantur cum effectu propter subiectam materiam: vt §. dictum est. ¶ Sic etiā econtrà propter subiectam materiam verba, quæ denotant actum & effectum, pro voluntate simplici quandoque accipiuntur. l. stipulatus sum damam. de verborum obligati. cum glo. in ver. dares. quæ exponit, dare velles. l. ij. in prin. ff. solut. matrimo. in ver. cogitur. circa si. dum dicit: stipulanti id est stipulare volenti. & in l. illud. C. de sac. san. eccl. in ver. fecerit. quæ exponit, id est facere voluerit. facit tex. in l. j. §. j. ff. de aqua plu. arcen. cum gl. in ver. noceat. quæ exponit id est nocere possit. ad idem tex. in l. labeo. in princip. §. de statu libe. ibi, nocet, id est nocere

nocere possit. & in l. hæ actiones. ff. ad Velleia. cum glos. in ver. competūt. quæ exponit, id est competere possunt cum sim. vt in not. casu tradit And. Sicul. in cōs. xxxj. præclare dicitur. col. iij. lib. ij. & consil. lxxxj. præclare & elegantè. col. ij. lib. iij. ¶ Et retento supradicto intellectu, ad istum tex. q̄ verba illa transferre voluit, intelligatur cum effectu, ita quòd realiter in alium hæreditatē trās-  
 10 tulerit, colligitur & bene probatur hic, q̄ quòd ex facto voluntas declaratur. ad idem text. in l. Paul. responder. ff. rem rat. hab. in l. si auia. C. de iure delib. in l. reprehendēda. cum glo. C. de instit. & substi. vbi glo. in ver. comprobasti, quæ alleg. bonum tex. in l. de quibus. s. de legib. ¶ Et plus est aliquid facere facto, quàm verbo: vt dicit tex. in c. dilecti. el. ij. de app. Et plus est facere, quàm pronūtiare, vt inquit text. in l. si tamen. §. ei qui. s. de adl. edic. & potiora sunt facta ad declarandum voluntatem, quàm verba, quæ sæpenumero contra intentionē proferūtur: vt Abb. dicit in consil. cxvij. illud de iure quaritur. lib. ij. col. ij. ¶ Notandū tamen est quòd voluntas quæ ex facto colligitur, tacita videtur. Et ad qualitatem facti restringit, & limitatur: vt not. Bar. in l. j. §. si quis hoc interdicto. in si. ff. de iti. actūq; priua. qd̄ verò verbis sit expressum, dicitur, & magis extenditur gl. no. in cle. sape. in ver. partibus. circa si. de ver. sig. de qua no. Pau. de Ca. in l. si conuenit. s. de iurisd. om. iu. & in cōsi. xxv. super primo. col. v. secundū formā primā. & Ro. in cōs. cxxxij. in apposito casu. Et ad idem facit gl. no. in l. j. §. sed videndū. in versū. succedat. j. de suc. edi. prout illā declarat Pau. de Ca. in l. j. C. qui admit. de quo vidēdum est quod dixi ibi, col. iij. ¶ Similiter notandū est, q̄ licet facto volūtas declaratur, vt s. dictū est: tamē actus facti qui se habet p̄ modū agēdi, est fortior & magis intētus ad demonstrandū volūtatē, quàm actus qui sola patientia consistat. vt no. Inn. tradit in c. olim. el. ij. de resti. spo. Ant. de But. in c. veniens. col. ij. ver. restat videre. de fil. presby. cum simi. vt Moder. cōgerunt in ca. gratū. de offi. deleg. & dixi ibi. col. pe. Sic etiā testis facilius probat facere, quàm pati. vt not. Bald. in l. data opera. col. xj. ver. octauo modo dicitur. C. qui accul. ¶ Vltimo cōsiderandū est, quod regula ista videtur procedere quantū ad hæreditatem, de qua principaliter disponitur quod in alium transferatur. Secus est in consequentia: quia transferendo in alium hæreditatē, videtur  
 11 velle

prout ad l. si. de resti. spo. ff. in iudicando et set durum recedere à prima opin. quam sequitur omnes. de quo vide hic per do. Philipp. alleg. maximè Barb. Vnum tamen dico, quòd si casus eueniret vbi esset in practica talis species delicti, prout est Romæ. quòd iudicarem contra communem, & credo quòd res. c. Hic. Chu.

[REDACTED] velle<sup>a</sup> esse hæres per prius: quia aliter in aliū translatio  
[REDACTED] fieri non potuisset. l. si auia. vbi tex. C. de iure delib.

[REDACTED] ¶ In glo. vnica quæ laborat ponendo exempla ad istum  
 tex. quæ, non videntur cōuenire. Nam in duobus primis  
 exemplis non potuisset pro se retinere ille, qui in alium  
 trāstulerit hæreditatē, cuius cōtrariū videt præsuppone-  
 re tex. hic, dum inquit, nō vult hæres esse. ¶ quia nō velle 12  
 dicit, qui potest & velle. l. eius. s. eo. & vltius in secūdo  
 exēplo quādo quis fuit grauatus restituere, ipse remanet  
 hæres saltē nomine, & nō fit totalis trāslatio, vt denotat  
 verbū illud trāferre, vt s. dictū fuit in prin. Alia duo exē-  
 pla posita in gl. etiā non possunt bene adaptari: quia ibi  
 hæreditas in illū trāsfertur propter expressam repudia-  
 tionē. & nō ex eo simpliciter qñ quis hæreditatē in aliū  
 trāstulerit, prout hic tex. loquitur. & vltra glo. secundum  
 Albe. hic exemplificari potest tex. in casu. l. fuit quæstio-  
 nis. s. de acq. har. & in l. Iulianus. in princ. s. si quis omif-  
 cau. rest. Sed etiā illa iura nō vident bene adaptari posse  
 ad istā regulam quæ videtur loqui in casu licito, in quo  
 quis possit licitē in aliū hæreditatem transferre, vel illā  
 habere apud se: sed in illis iuribus punitur transferendo  
 hæreditatē in aliū: ideo exēplificari pōt, vt dixi s. in prin.

PHILIPPVS Decius Valentia.

### In l. Eius est nolle. Argumenta.

- 1 Testamentum est quid indiuiduum, quod non est partim va-  
lidum, & partim nullum.
- 2 Ius accrescendi qua ratione introductum fuerit.
- 3 Substitutio pupillaris an faciat testamentum pro parte va-  
lere, quod aliās non valet.
- 4 Testator non potest ius accrescēdi prohibere in institutiōe.
- 5 Hæres partem hæreditatis adire nequit, alia repudiata.
- 6 Miles partim testatus, & partim intestatus decedere potest.
- 7 Miles de vna re testari potest, in reliquis remanēs intestatus.
- 8 Miles, quod ad testamentum attinet, in dubio præsumitur  
vti velle communi iure.
- 9 Miles caelestis militiæ quo iure testetur, & an possit testatus  
partim, & partim intestatus decedere.
- 10 Qualitas quæ verbo adiungatur, secundum tempus verbi fe-  
rē semper intelligitur.
- 11 Sententia iudicis quare strictam recipiat interpretationem.
- 12 Statuto induci potest, vt decedere possit quis partim testa-  
tus, & partim non.
- 13 Testatus parti quis decedit, qñ alicui totū relinquere nequit.  
Vxor maritum in tertia parte hcnorum potest hæredem in-  
stituere, in reliquis quos vult, aut debet.

**I**vs nostrum non patitur eundem in paganis & intestato & intestato a decessisse, earumque rerum naturaliter inter se pugna est, ut testatus & intestatus quis sit.

A Intestato.  
Circa istam regulam videas Soc. in trac. fal. vbi ponit vigintiduas fallacias i reg. cccc. fo. lix. & inquam dicit q. ad pias causas potest quis decedere pro parte &c. vide Ias. l. j. C. de sac. sanc. eccl. col. iij. vbi dicit q. communis opi. est q. in testamentis ad pias causas non sint sublata solennitates iuris civilis, Soci. tamen vbi s. tenet cum Bar. H. C.

- 1 ¶ Ista regula comprobatur: ¶ quia testamentum est actus indiuiduus. Ideo pro parte valere non potest: vt not. Cy. in l. furiosum. C. qui test. fa. pos. & Bal. per illum tex. in l. si is qui legē. s. de test. & facit text. in l. fideicommissa.
- 2 §. j. & quod ibi Bar. de leg. iij. Et propter istam regulam ius accrescendi introductum fuit, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. vt not. per gl. in l. si seruus communis extero. ff. de acquir. her. vt not. Barto. in l. j. s. his ita. vers. tertio habet. C. de cad. tollē. in l. re coniuncti. col. viij. vers. quarto quæro. de leg. iij. & probatur in §. non autem. inst. de hered. inst. vbi text. istam rationem adducit. & in l. si duobus. s. de test. mil. & de ista ratione videndum est quod dixi in l. j. C. quando non pet. part. vbi defendendo prædictam rationem ab impugnatione Mod. ¶ Ista regula ampliatur tripliciter. Et quatuor modis limitatur.
- 3 ¶ Primo enim ampliatur vt etiam habeat locum in pupillari substitutione quam facit pater pro filio. vt not. Bald. in l. sed & plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. vbi per illum textum dicit, quod sicut pater potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: ita filius cui pater pupillariter substituit: quod dicitur esse notatu dignum. & hoc refert & sequitur Corn. Peru. in consi. xxxvij. in casu isto. libro quinto.
- 4 ¶ Secundo ampliatur, vt ista regula intantum procedat quod dispositio testatoris in contrarium non valet: quia non potest testator in institutione prohibere ius accrescendi, ad istum effectum vt pro parte decedat testatus, & pro parte intestatus: vt not. Bar. in l. si duo. in princ. s. de her. inst. & de hoc doc. omnes conueniunt. arg. l. nemo potest. de leg. j. Sed inter doc. magna est discordia. An tali casu debeat testator in totum testatus vel in totum intestatus decedere, de quo videndum est in locis alle. per Alex. in l. quoties. C. de her. inst. & in l. si quis priore. in fin. s. ad Treb.
- 5 ¶ Tertio ampliatur vt idem sit in hærede qui non potest hæred



hereditatem pro parte accipere, & pro parte recusare. l. j. & ij. ff. de acquir. hære. Et in tantum hoc procedit quod etiam filius hæres institutus non potest legitimam retinere, & residuum hereditatis repudiare: vt tenet Cyn. in l. hæres instituta. C. de impu. vbi Bald. & Pau. de Castr. sequuntur. & Bart. in l. quia poterat. s. ad Treb. cum simil. vt tradit ibi Alex. & idem Alex. in consi. vlt. lib. v. Pet. de Anchar. in consi. cccxij. ex sola vulgari. Aret. in consi. clx. longa est ista consultatio. col. ij.

¶ Prædicta regula primò fallit in milite qui potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: vt colligitur hic ibi, in paganis. & est text. §. non autem. instit. de test. mil. & in l. qui miles vnum. in l. si duobus. s. de testa. mil. Et non solum pro parte bonorū, sed etiam pro parte temporis militi priuilegium conceditur: vt probatur in l. miles ita hæredem. s. de test. mil. Et ratio specialitatis in milite videtur, quia vice duarum personarum fungitur. l. ij. §. fin. s. ad Maced.

¶ Et regula ista de eadem persona loquitur, ibi, eūdem. vnde non mirum si regula non habet locum in milite, licet vice plurium personarum fungitur. Et ita dicunt Bal. Sal. & Mod. in ij. not. in l. j. C. de test. mil. Et ex ista ratione inferri videtur quod miles testari possit de bonis castrensisibus tantum, & in paganis remanebit intestatus, vel econtra: non autē videtur quod pro parte bonorū paganorum testari possit. ita inferri videtur ex ratione præalle.

¶ Sed tamen hoc non est verum: quia etiam de vna re miles testari potest, & in omnibus aliis bonis intestatus decedere. l. si miles vnum ex fundo. s. de test. mil. l. cogi. §. sed & si miles. s. ad Trebel. Et ratio superius alleg. non videtur vera: quia imò miles pro vna persona consideratur in tali priuilegio. vt colligitur in d. §. cum autē. instit. de her. inst. vbi ponitur regula, quod iste non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, nisi sit miles.

¶ Vt ergo exceptio facta de milite conueniat, miles pro vna persona reputatur: ex quo regula ibi facta est de eadem persona, ibi, neque idem. & dixi latius in d. l. j. de testam. mili. Non obstat l. ij. j. ad Macedo. quia ibi dicitur, quod miles filiusfamil. in castrensi peculio reputatur sui iuris: quia aliās non posset testari. l. senium. C. qui testa. facere pos. l. qui in potestate. s. de testamen. vnde in aliis militibus qui sunt sui iuris illa ratio cessat. Est ergo di-



tex. in l. pen. ff. de ritu nup. & Pau. de Cast. ibi declarat.

¶ Tertio regula fallit, si aliter disponatur à statuto: quia huic regulæ licet à testatore derogari nō possit, vt supra dictum est, tamen ꝑ autoritate statuti induci potest, quod quis possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt no. Ang. & Imo. in l. moribus. in prin. per illum tex. ff. de vulg. & pup. & Alex. in l. sequitur. in ij. notab.

¶ Quarto & vltimo regula fallit, quando quis alicui non potest totum relinquere, sed tantum partē, quia in alia parte erit intestatus: vt no. Bar. per illum tex. in l. j. C. de secun. nup. not. in l. si is qui. ff. de vulg. & pupil. vbi Alex. post alios in ij. notab. & ibi reprehendit gl. nostram hīc, quæ tenet quod totum acquiratur, licet postmodū auferatur sibi illud quod erat prohibitum. & Bart. in d. l. j. de sec. nupt. refert opi. gl. hic. & in d. l. j. quæ idem tenet. Sed ipse dicit esse speciale in illo casu, vt quis possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: sicut est in milite: quasi velit Bar. quod propter dispositionem legis & statuti hoc fieri possit, vt supra dictū est. Et certè hoc esset verum in terminis. d. l. j. de secū. nup. si constaret de mente legis. Sed in illo casu nō constat quod Imperator voluerit derogare huic regulæ. ꝑ Nam simpliciter ibi dicitur, qd nō potest vxor maritum instituere, nisi in tertia parte. Et per hoc nō infertur, qd in aliis partibus, mulier intestata decedat: quia intelligitur quod alium instituat in aliis partibus. Et casu quo non institueret in totū, acquiritur iure accrescendi. Sed vltra tertiam partem restituere cogetur. arg. l. cogi. §. hi qui solidum. §. ad Treb. Et ita in effectu gloss. hic saluari potest.

### In l. Iura sanguinis. Argumenta.

- 1 Naturalia quæ sunt, immutabilia sunt,
- 2 Pater iure naturali filios educare tenetur, non obstante statuto contrario,
- 3 Pactū quod pater non tenetur alere filiū, est ipso iure nullū.
- 4 Filius an possit ex causa alimentis priuari.
- 5 Filius, qui debitam sibi portionem consumpsit, alimenta à patre petere poterit.
- 6 Pactum contra ius naturale aut officium paternum, est ipso iure nullum.
- 7 Legitima filius debita non potest per statutum auferri.
- 8 Legitima quo iure filius sit debita ex bonis parentum.
- 9 Legitima patri vel matri an statuto possit minui, vel intotum tolli.

## REGVLA VIII. POMPONIVS.

**I** VRA sanguinis nullo iure civili dirimi possunt.

Hæc regula de plano procedit capiēdo iura sanguinis pro ipsa coniūctione sanguinis, quæ tolli nō potest etiā pacto. l. ius agnationis. s. de pact. l. abdicatio. vbi gl. C. de pat. pote. ¶ quia naturalia immutabilia sunt. §. si. insti. de iur. na. bene facit tex. in l. ij. s. de vsuf. ea. re. quæ vsu cōsū. vbi dicitur q̄ ratio naturalis autoritate Iuriscōsulti mutari non potest: & ideo ista naturalis coniūctio sanguinis etiam cadit in seruum: vt no. Bar. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. Ius verò cognationis quod à iure civili inducitur, bene tolli potest: vt per gl. in §. quod autē, in ver. cognationis. instit. de capi. dimi. & no. Bal. in l. j. §. ius naturale. in fi. ff. de iusti. & iure. vbi inquit, quod ista agnatio vel cognatio non potest tolli: sed ius agnationis, id est, ius proueniens ab agnatione, tolli potest. Et in no. casu tradit Ro. in cōsi. lxxij. quo ad id quod quærit. vbi cōcludit, cōiunctū sanguine posse haberi pro extraneo

**2** ex forma statuti quo ad cōmoda ciuitatis. ¶ Et cū pater iure naturali teneat filiū alere. l. j. §. ius naturale. s. de iusti. & iur. per istū tex. infert Alb. de Ros. in j. par. statutorum, in q. xl. in vers. itē quæro. q̄ non valet statutū, quod pater non teneat filiū educare. & ad hoc alle. Iac. de Are. in l. si quis à liberis. ff. de lib. agn. & Galeorū in tract. de alim. in vers. pone quæstionē. & alleg. etiam Spec. in tit. qui fil. sint legi. col. in j. ver. sed pone, quidam emancipauit filium. ¶ vbi tenet nō valere pactum quod pater non teneatur alere filiū cui dedit partē suam, si postmodum

**3** ad necessitatē peruenerit. & quod nō valeat pactū, nec statutū, tenet idē Alb. in l. j. §. ius naturale. col. si. vers. sed quæro. ff. de pac. Sed tñ cōtrariū de iure videtur saltē ex causa: q̄ licet educatio liberorū sit de iure naturali quantum ad instinctum <sup>b</sup> naturæ. d. l. j. §. ius naturale. & j. dist. in c. ius naturale. tamen ille naturalis instinctus est redudus ad necessitatē à iure civili. l. si quis à liberis. in prin. ff. de lib. agn. vnde in pluribus casibus videmus quod ali-

filius denegari possunt, si filius à seipso vivere  
 possit. *lib. §. sed si filius. de lib. agn.* Et ex plu  
 ribus causis potest filius exheredari. §. aliud quoq; capitu  
 lum. in aut. vt cu de ap. cog. Et pariter ex illis causis ali  
 mēta denegari possunt: vt not. Bar. in d. l. si quis à lib. §. si  
 quis ex his. & in l. diuus. §. de part. & in l. si patrem. C. de  
 alen. lib. ¶ ergo pariter videtur q̄ ex causa filius à statuto 4  
 poterit priuari iure alimentorū: quia tollitur solū illa  
 necessitas a iure ciuili introducta, & remanet ille instin- A  
 ctus naturalis: & tūc pater secūdum illū naturalē instin-  
 ctū qui tolli nō potest, poterit alimēta ministrare: quia  
 solū in effectū, vt dictum est, tollit illa forma, & illa ne-  
 cessitas inducta à iure ciuili. & ad hoc facit tex. i. auth. ex  
 cōplexu. C. de iest. nup. vbi pater filio nō tenet prestare  
 alimēta. Ergo pariter ex eā à statuto hoc iduci pōt: imō  
 etiā sine causa b videt̄ q̄ fieri possit: quia iura ciuilia pro- B  
 volūtate statuētū mutari possūt. §. si. insti. de iur. natu.  
 ¶ Non obstat alleg. §. in cōtrariū: quia possūt habere lo-  
 cū in pacto prout loquit̄ Spe. in loco. §. alleg. secus vide-  
 tur in statuto saltē causa subsistēte, p̄ ea quæ s. dixi. Et in  
 pacto idē tenet Bal. quod si filius qui cōsumpsit partē suā 5  
 quā habuit à patre, possit petere calimēta. Bal. idē tenet  
 in d. l. j. §. ius naturale. col. fi. in ver. q̄ro quid si filius. & in  
 l. scimus. in prin. in ver. sexto q̄ro. §. de inof. re. ar. l. liber-  
 tus qui operarū. §. de ope. li. & idē Bal. in auth. si captiui.  
 in fi. C. de epis. & cle. cū si. vt tradit Alex. i. l. si cū dotē. §. j.  
 j. col. ij. ff. so. mat. & dicit Bar. in d. l. j. §. parēs. in fi. nō va-  
 lere pactū, q̄ filius alimentari non debeat. ff. de lib. agn.  
 ¶ Et quod dictū est videtur limitare Bal. in auth. quid si  
 rogatus. col. ij. ver. & facit ad duas quēstiones. C. ad Treb.  
 nisi filius partem sibi datam à patre perdidisset dolo vel  
 lata eius culpa. & sequitur Alex. in d. l. si cum dotem. §. j.  
 ¶ Sed considerādum est: ¶ quia aut dicimus q̄ non valet 6  
 pactum, quia sit contra ius naturale, vel contra officium  
 paternum. Et ista ratio pariter militare videtur, dato q̄  
 filius eius dolo vel lata culpa portionem sibi datam per-  
 diderit. Aut dicimus quod valet pactū: quia ex causa fa-  
 ctum videtur, ex quo eius partem recepit. Et indistinctē  
 videtur pactum valere quocunq; modo eius portionem  
 perdidit: quia non priuatur legitima ex quo illam ha-  
 buit. Et hoc videtur de stricto iure, licet ex quadā mise-  
 ratione deberet pater illi prouidere, sed ad hoc nō cogi-  
 tur: &

▲ Generali. Hoff. consil. lxxvj. Dec. l. principalibus. in fi. 3. si cert. peta. Aymo. consil. clxxxix. numero 1.

▲ Legitima. Brevis veritas est, q. licet possit quota variari, nō potest tolli liberis nisi ex causa ad exhæredationē iusta. Adde decis. Thol. ccccxv. Ang. Aret. tract. testa. ver. nolens decedere intest. col. fi. & dixi ad Alexā. consil. xxv. nu. 11. lib. j. C. Ma

tur: & sic tali casu idem videtur in pacto quod in statuto.

Et hoc quando specialiter sit dictum de alimentis, aliās

A fecus videtur: quia in generali a remissione nō videntur remitti alimenta. d. l. libertus qui operatur. & bene facit text. in l. libertus. §. posthumus. & quod ibi Bar. ff. de ali. & cib. leg. Et tali casu quādo non fuit expressum de alimentis, saluari potest opin. Bal. & doc. in locis 3. alleg.

7 ¶ Similiter per istū tex. arguit Dyn. in regula. indultū.

B de reg. iur. in vj. q. legitima b qua filiis debet, tolli non possit a statuto: quia secundū naturā debet. §. cū itaq. in auth. de har. & fal. ibi secundū ipsam naturā eis debeat. facit text. in l. scripto. in fi. 7. vnde lib. in l. cū rō. in prin.

C de bo. dam. Contrarium tamē cōcludit & tenet c Dy. in dicta regula. indultū. quōd de rigore iuris, qui in isto casu praualet æquitati, statutū possit tollere legitimā quæ introducta fuit à iure ciuili. q. quidē ius ciuile imposuit illam necessitatē relinquenti filiis. §. j. in auth. de trien.

c Contrarium tñ concludit, & tenet. Vnū scire debes, q. vsque ad hæc tēpora nullus discrepauit in hac opin. videlicet quōd legitima possit minui; præter Barb. in c Raynutius. de testi. qui tenet q. nō potest minui. in col. xliij. & in cō filio xxiiij. in j. vol. sed an possit in totū tolli. Dy. & Io. And. in reg. indultū. tenet q. sic. Idē Io. and. in addi.

Spec. in tit. de suc. ab intest. hanc opi tenet omnes hic alleg. per do. Philip. in versi. contrariū tamen, & c. hanc etiam Old. consil. cv. circa ius municipale, & c. Ang. in consil. cccxij. incip. post hoc scriptū. & in consil. ccclix. inci. præsuppo. stat. & in cōsili. ecc. inci. punctus talis est. in j. col. Ro. consil. cxxxiiij. inci. pro declaratione primæ. in prin. Fed. in consil. xxj. in ij. col. inci. nunquid hæres. Cald. in consil. xv. inci. an si statutum augeat. Et Cal. in consil. xxxij. sub tit. de testa. Card. in d. c. Raynutius Lanfrā. in repe. d. c. Raynutius. in vj. col. vbi dicit hanc cōmunem legistarum. Ant. in l. planē. §. si duobus. de leg. j. Rom. in l. sequens gradus. ad Silla. Ang. in repet. c. pater filium. de inoffic. testa. Bar. Imo. & Moder. in l. Titio. §. Titio genero. de condit. & demonstra. Pau. in l. planē. §. si duobus. de leg. j. Ful. d. l. Papina. §. vnde si quis. Ray. & Io. de Bel. in authen. de hære. & fal. & ibi Bar. Sal. in authen. nouissima. vj. col. xj. q. vbi dicit quōd cōmuniter tenetur opi. Dy. tamen cum modificatione, videlicet ex causa. Pau. in consil. xvj. in ij. col. in ij. parte. Philip. Corn. in omnibus consiliis hic alleg. affirmat hanc communem Bar. in l. de quibus. ff. de legibus. in ij. col. in prin.

¶ Contrariam tamen opin. videlicet quōd non in totum tenet; Doctores hic alleg. per do. Philip. in ver sic. nonnulli tamen. & Domini de Rota in decisio. cccclxx. vj. sub tit. de consuetu. fol. 92. colum. ij. in antiquis incipien. consuetu. videlicet, & c. & magis latē in decisione xviij. in nouis. fol. 5. col. iij. incip. fuit dubitatum. Iaf. in l. quoniam in prioribus. col. ij. in fi. & in auth. nouissima. col. pen. C. de inof. testa. tenet hanc opinionem: & dicit hanc esse communem opi. Barb. singulariter in consilio xxiiij. in j. volu. & in c. Raynutius. de testamē. col. xij. & xij. vbi allegat Bal. & Ancharanum in quibusdam recollectis in l. hac edictali. C. de secund. nupt. Card.

Alexan. in c. ius naturale. j. dist. in iij. col. vbi reprobatur dictum Abb. in d. ca. Rayn-  
 nutius. Ang. in d. c. Raynutius. in v. col. in medio. Bal. in authen. nunc autē. C. de episc.  
 & cleri. & in tract. statutorum in verbo, legitima. vers. vij. & ix. & in sua Marga.  
 in ver. legitima. vers. ij. Bart. in consi. lxx. col. ij. Car. in consi. ij. vbi dicit, quod de  
 iure canon. non valet tale statutum. Ange. & Bald. in l. ij. §. ius naturale. de iustu. &  
 iur. in finalibus  
 verbis. Capra  
 in cōsil. lxxij. in  
 ij. col. Inno. in  
 c. quæ in eccle-  
 siarū. de consi.  
 Fel. in c. eccle-  
 sia sanctæ Ma-  
 riæ. de constit.  
 col. iij. Socinus  
 cōsi. cl. in i. par-  
 te. & in consilio  
 celxxv. incipit.  
 in causa fratris  
 in ij. volu. & in  
 cōsilio celxxx-  
 vij. in ij. parte.  
 Alex. in consi.  
 cxv. incip. vi-  
 fo titu. q. in iij.  
 col. vbi dicit  
 hanc verā opi-  
 & communem  
 cano. Alber. de  
 Rosa. in ij. par.  
 statu. q. c. ij. &  
 c. iij. & in l. quoniam in prioribus. pen. & fi. col. Bal. tenet hanc opinionem in pluri-  
 bus locis relatis, vbi §. in tract. statu. & sic vides quod vtraque opin. est communis:  
 tamen non recedas ab opin. Cano. quia est magis æqua, quia vbi sunt duæ opinio.  
 communes contrariæ, scilicet cano. & legistarum, est tenenda opin. canon. de quo  
 vide Lanfran. in repet. c. quoniam contra. in vers. testium. col. xj. in fi. de probat. &  
 vbi est decisio Rot. est maioris autoritatis quam communis opi. doc. ita Barb. in  
 c. olim. de lit. contest. col. xij. post prin. est bene verum q. cum causa poterit in to-  
 tum per statutum vel consuetudinem tolli legitima, secundum magis communem  
 opi. doct. quā refert Abb. in consi. lxxv. col. fi. & Rochus Curt. in tracta. de consuet.  
 col. lxxxij. fo. xxxij. & dato q. prima opi. legistarum esset vera, communiter tenent  
 omnes q. a iumentis possent peti. de quo per Barb. vbi §. & Imo. in §. Titio genero.  
 col. pen. & Abb. consi. lxxij. in j. volu. & per d. Roch. de Curte. vbi §. qui dicit, q. nul-  
 lus discrepat q. non valet consuetudo q. filij a parentibus non alantur. Et sic per  
 ista patet an valeat statutum in clytæ ciuitatis Valentie regni Hispaniæ disponēs  
 quod pater possit filium exheredare cum quinq. solidis monetæ ipsius regni, qui  
 faciunt summā quartæ partis vnus aurei. Item etiam an meliorationes seu ma-  
 ioritates sunt liciti. de quo vide Moder. Hispania in repet. c. per vestras. de dona. in-  
 ter vic. & vxor. fo. 8j. ver. restat nunc examinare. H. C.

lib. & in confi. vij. in hac consultatione. lib. ij. in princi. & in confi. cv. in hac consultatione. lib. iij. & in confi. cxxij. licet breue sit. eo. lib. iij. col. fi. & in confi. j. col. iij. lib. iij. ubi pluribus medijs tollit æquiparationem quæ fit de alimētis ad legitima...

¶ Et ista cōclusio præsertim habet locū i legitima<sup>a</sup> que debetur matri vel patri, vt no. Ang. in d. Bal. in l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. Ro. in cōf. xxxij. §. i. fi. Ben. Cap. in cōf. xv. pro pleniori. & i cōf. clj. subscripti. ¶ Nonnulli tamen tenent contrarium, q̄ non possit tolli in totum sed minui. Et vltra antiquos quos refert Dyn. in dicta regu. indultum. hoc tenet Bald. in consil. xlvj. in quæstione. libr. j. & in consil. cxxxj. circa prædicta. libr. ij. Fulgo. consil. xc. quidam. Raphael Cum. in consil. lxx. quidam Serpetius. col. j. And. Sicul. in confi. xxiiij. col. iij. & fi. lib. j. Alex. in confi. lv. viso titulo. col. fi. lib. ij. & Maria. in confi. xxx. quamuis ex his. & Soci. in cōf. cl. in prin. vera & magis communis opinio est, q̄ possit tolli etiam in totum saltem ex causa per supradicta.

A Legitima Roma. consilio xxxij. incipien. municipa. cit quod nullus tenet contrarium. & Abbas consil. lxxv. incip. quidam decessit & C. H. C.

### In l. Semper in obscuris. Argumenta.

- 1 Minimum quod est, quando sequi debeamus.
- 2 Testator p̄sumi quæ minimū velle hæredē legatis grauare. Minimū in legatis sequi debemus, & in vltimis voluntatibus.
- 3 Minimum sequimur, nisi significatio propria vocabulū aliud innueret.
- 4 Legatum ad pias causas non est de minori intelligendum.
- 5 Legatum quod fit clericis, an intelligi debeat de minori, an verò maiori.
- 6 Legatum pro loco, cui fit, qualiter est intelligendum.
- 7 Minimum etiam in contrarijs quare sequi debeamus. Debitori datur electio in alternatiuis.
- 8 Obscurum iudicis arbitrio declarandum si sit, non recurritur ad id quod minimum est.
- 9 Minimum in p̄enis intelligendis attendendum.
- 10 Damnatus p̄na capitali, intelligi debet de minori.
- 11 Proprietas verborum in p̄nalibus maxime attendenda.
- 12 P̄na si pro delictis sit infligenda, q̄ mitior est irrogari debet. Excommunicatio in dubio de maiori est intelligenda.
- 13 Excommunicatio qualiter esse p̄na probetur.
- 14 Excommunicatio minor non solet ab homine proferri.
- 15 Obscurum in iudicijs interpretari solemus in fauorē actoris.
- 16 Obscurum quando aliquid esse meritò dicatur.

### REGVLA IX. VLPIANVS.

**S**EMPER in obscuris quod minimum est, sequimur.



¶ EADEM regula habetur eo.tit.in vj.c.in obscu-  
ris.& glo.ubi exēplificat in c.ex parte.de censu.fed nō be-  
ne:quia tex.ubi rationē spectalem adducit.& in terminis  
illius c.si legatū fuisset factum ecclesiar,deberet maius l  
Titia. §.Seia.& ibi Bart.ff.de aur.& reg.vnde exēpli-  
ficari potest.l.in nūmis. l. reg.ij. quā glōf.hic adducit.&  
in l.apud Iulianum. §.no.de leg. j.in l. qui cōcubinā. §.cū ita.  
de leg. j.cum si. vt tradit Dyn.in d.regu.in obscuris.

¶ Et ista regula habet locū in subsidium:quia prius in-  
spicitur quod actū est.Secūdō, quod verisimilius est.Ter-  
tiō, quod fieri solet.l.semper. j. eo.l.in obscuris. j. eod.&  
no.per glo.in d.reg.in obscuris. Et huius regulae rationē  
adducit gl.in d.reg.in obscuris.eo.tit.in vj. quia in eo qđ  
plus est, cōtinetur minus. Sed ista ratio bene procederet  
in quantitatibus.nō autē in speciebus.l.inter stipulantem.

¶ Si stipulante.ff.de verb.ob.vnde melior ratio videtur  
quia in legatis testator videtur minus grauaere heredē,  
quam fieri possit.l.vnū ex familia. §.si rē.de leg. ij.in cō-  
tractibus verō ratio videtur, per reg.l.veteribus.ff.de pac.  
& in delictis ratio colligitur per l.ū p̄ses.ff.de p̄enis.

¶ Habet ergo locum regula, primō in legatis<sup>2</sup>, & in vl-  
timis voluntatibus, vt probatur in d.l.nummis.de leg. ij.  
in d.l.apud Iulianum. §.Seio. in l. si ita scriptum sit. in fi.  
de leg. j. in l. si ita relictum fuerit. in princ. de lega. ij. in l.  
qui concubinam. §.cum ita. de leg. ij.

¶ Et tali casu regula procedit vbi est incertitudo in re-  
bus. Secus est in personis: quia tunc electio datur heredi.  
l. si quis seruum. §. si inter duos. de leg. ij. Et not. per Dy.  
in regula in obscuris. eo. tit. in vj. vbi dicit, quod in perso-  
nis minimum apparere non potest.

¶ Secūdō regula limitatur, nisi propria significatio vo-  
cabuli aliud importaret: vt not. Bar. per illum text. in l. si  
is qui ducenta. in prin. §. de reb. dub.

¶ Tertio regula intelligitur, quando illud minimū ha-  
bet in se virilitatē: aliās secus. vt per glo. in l. legato gene-  
raliter. de leg. j. vbi Alex. in ij. col. in ver. item dicit glōf.

¶ Quarto regula intelligitur, quādo non apparet qđ ele-  
ctio data fuerit legatario: aliās secus. vt no. Bar. in d.l. le-  
gato generaliter. circa fi. in ver. p̄dicta omnia. de le. ij.

¶ Quinto fallit, quā qualitas legati vel legatarij aliud sua-  
deret. l. si cui. de ali. & cib. leg. l. Stichus. de leg. ij. quia le-  
gatū obscurū ex affectiōe cuiusq; capit interpretationē:  
vt dixit

vt dixit tex. in l. capiēda. §. qđ factū est. j. eo. facit tex. in l. Aurelius. §. Titius testamento. & qđ ibi Bar. s. de lib. leg.

- 4 ¶ Sexto & vltimo fallit in legato relicto ad pias causas: quia nō de minori, sed de maiori fauore religiōis intelligitur. l. Titia. §. Seia. ff. de auro & arg. leg. vbi Bar. ita limitat istā regulā & illū text. pro singulari alleg. Rom. in sing. ccccxv. quarto si lego ecclesiā. & no. dom. Abb. in c. iudicāte. de testam. col. ij. ver. vnum tamē sing. Et tradit And. Sicul. in consi. lix. illud in medium. col. xj. lib. ij.

A Causas. Idem Socin. in tract. falsariarum, in regul. cccx. in xl. privilegio pīe causae, Hierony. Chuc.

¶ Limitatur tamē ille text. procedere in legato ecclesiā, prout loquitur.

- 5 ¶ Secus si esset legatum factum clericis vel personis ecclesiasticis. vt not. Abb. dicit per illum text. in c. ex parte. de cens. per rationem quā in tex. ibi assignatur. Sed certe cum text. ibi loquatur in voto, consonat quōd votum factum fuerit de dando ecclesiā, & clerici ibi videntur pro ecclesia recipere. vnde ille text. indistinctē prout loquitur, videtur procedere secundum istam reg. quā etiā videtur habere locum in relicto facto ecclesiā.

¶ Non obst. tex. in d. l. Titia. §. Seia. quia nō videtur probare illud ad quod per Barto. & docto. omnes allegatur.

- 6 ¶ Nam ibi erat factum legatum templo in quo nō erant nisi dona aurea & argentea. merito secundum qualitatem loci legatum intelligitur. Et dum ibi dicitur, quōd de argento debeat legatum fieri, bene probatur regula quōd in dubio legatum fit quod minus est, ex quo fit ibi de argento non de auro. Et ideō Rom. in no. s. alleg. ccccxv. bene dicit qđ legatum factum ecclesiā de calice intelligitur de argento vel auro: quia de alia materia calices ecclesiā non conficiuntur. vt calix. de conse. distin. j. Et sic propter qualitatem loci videtur fieri illa interpretatio.

- 7 ¶ Aliās ergo in legato facto etiam ecclesiā regula ista haberet locum: vt probatur in d. c. ex parte. Et hoc modo saluatur glo. in d. reg. in obscuris. eo. tit. in vj. quā exemplificauit reg. per illum tex. in d. c. ex parte. Et ad hoc facit quod not. Roma. in singul. lix. quidam Roma. vbi inquit, quōd si quis legauit ecclesiā vtilitatem palatii sui, quōd videtur legare solum vsū, & non proprietatem. alleg. tex. cū gloss. in l. si habitatio. §. j. ff. de vsu & habitat.

- 7 ¶ Secundo regula etiam habet locum in contractibus. l. inter stipulantem. §. si stipulante. l. si stipulatus fuero decem. de verb. oblig. l. si fideiusor. la. secunda. s. manda.

F 4 l. si quid

Turaq. idoz tend  
de priuileg. causz  
p. priuileg. 25.

l. si quid venditor. in fin. §. de adil. edict. Et facit regula, quod in contractibus in alternatiuis electio est debitoris. l. plerunq; in fi. ff. de iur. dot. Et ad propositū fa. gloss. notab. in l. si. §. de præto. stip. quæ dicit, quod iudices semper sequuntur quod minus est. Et ideo in mandato obscuro attenditur illud quod minus præiudicaret: vt not. Bal. in l. falsus. col. penul. C. de falsis. & in dubio non videtur quod transferatur dominium. vt not. Bart. in l. cum pater. §. pater pluribus. de leg. ij. Alex. post Bal. quem ibi refert in l. si pascenda. C. de pact. Et talis regula in contractibus procedit quando illud minimum non sit inuitale. aliás debetur mediocre. l. si quis argentum. §. similiq; modo. C. de donati. declarando vt per Dyn. in regula, in obscuris. eod. titu. in vj.

¶ Secundo regula fallit in dote: vt no. per glo. in princip. in l. nuptura. ff. de iure do. quæ alleg. l. in ambiguis. eod. titu. Nam illa regula, in ambiguis. quæ loquitur in dote, est magis specialis, & videtur derogare huic regulæ generali. vt regula generi per speciem. de regu. iur. in vj.

¶ Tertio fallit quando illud quod obscurum est, declarari debet arbitrio iudicis: quia tunc nõ recurritur ad minimum: vt not. Abb. in c. j. de deci. vbi limitat istam regulã: & ad hoc bene fa. tex. in l. cū post. §. gener. §. de iure dot. & q. §. dictū fuit in legatis per l. is cui. de ali. & cib. lega.

¶ Quarto fallit in casu. l. veteribus a. §. de pac. vt per gloss. A hic, & Dy. in d. reg. in obscuris. Et de intellectu. d. l. veteribus. videndum erit in locis. j. allegandis.

¶ Quinto fallit ratione subiectæ materiæ: quia in dubio videtur dominium transferri. l. j. in versi. si tamen. ff. pro dote. l. si ita distrahatur. §. j. de contrahend. empt. & not. Bartol. in l. dotis. ff. de iure dot. & in l. cum pater. §. pater pluribus. de leg. ij.

¶ Tertio regula etiã procedit in delictis: vt no. per glo. 9 hic: quia in dubio minor pœna imponitur. l. si præses. & l. interpretatione. §. de pœn. & de pœn. dif. j. in c. pœn. in l. pactū. §. in pœnalibus. j. eo. facit tex. cū gl. in l. hæ enim causæ. §. de suspec. tut. in l. absentē. ff. de pœn. Et no. Bald. in l. diuortio. in prin. ij. ver. & facit ad quæstionem. ff. sol. mat. & in l. quoties. §. si quis ita. in versi. facit etiã hoc ad quæstio. §. de hæ. instit. & tradit Alex. in cõsi. cxvj. in causa inquisitionis. lib. iij. ¶ Et ad idē facit, quia cõdemnatus 10 pœna capitali (cū sint plures causæ capitales) de minori intelligitur:

intelligitur: vt not. Abb. post gl. & alios in c. quanto col. iij. ver. iij. quarto. de iureiur. cum simil. vt tradit Alex. in consi. cum statuto loquens. lib. j. Et condemnatus ad restitutionem rei furtiuae in dubio videtur condemnatus conditione furtiua, quae non infamar. vt in no. q. trad. Io. de Ana. in c. qualiter & quando. §. ad corrigēdos. col. iij. de accus. vbi dicit se ita consuluisse Venetiis. facit glo. in l. si quis id quod. in vers. quingentorum. quae dicit quod aliās in text. est quinquaginta. Et ita approbatur: quia est minor poena, secundum Cyn. Alber. Bald. & alios ibi. & Ful. in consi. cxxxvij. hoc maximè.

¶ Et praedicta conclusio limitatur primo, nisi ex qualitate facti aliud colligatur: vt patet in l. j. C. ad leg. Cor. de fcar. in l. si non conuittij. C. de iniur. in c. j. de praesum. & latius per Dyn. in d. reg. in obscuris.

¶ Secūdo fallit in casu l. item Mela. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. de cuius intellectu vide Ioā. de Ana. in c. significasti. el secundo, de homi. in iij. notabi. Et Pe. de Anc. in consi. cxxvj. nos Bartholomaeus. cum simi. vt tradunt Mod. in d. c. significasti. Et adde Ro. in consi. cccc. eo praesupposito. Alex. in consi. xv. a viso processu. lib. j. & in consi. l. visis. col. ij. eo. lib. j. & in consi. xlvj. copiosè. lib. iij.

¶ Tertio, praedicta conclusio limitatur non habere locum, quatenus verborum proprietates videtur requirere: quia lata interpretatio fit vt verborum proprietates seruetur. etiam in poenalibus. l. cum lege. §. de test. vbi Are. no. illum tex. ad hoc. & facit quod not. Cal. in consi. j. de cōsang. & affi. vbi inquit, quod materia dispensationis quae strictè debet interpretari. c. j. de fil. presby. tamen late secundum proprietatem verborum interpretatur.

¶ Quarto & vltimo, conclusio supradicta procedit in delictis vbi agit de poena corporali, vel pecuniaria. Secūdo est in excōmunicatiōe, in qua in dubio fit interpretatio de maiori excōicatione. c. pe. de sen. excō. quia excōicatio non dicitur poena, sed medicina ad corruptionē. c. j. de sen. excō. in vj. vt no. Abb. in d. c. pe. & in c. j. de posth. pla.

¶ Sed ista respōsio non videtur vera: quia absurdū est dicere quod excōmunicatio non sit poena: quia cōtrarium probatur in c. quoniā frequenter. §. si. vt lit. non cōtest. & nulla maior poena est in ecclesia: vt dicit text. in c. corripiatur. xxiiij. q. iij. Obstat tamē videtur tex. in d. c. pe. vbi cōtra naturā poenae fit lata interpretatio. Et in hoc valde labo-

**A** Dicendum est. Aliam tibi assigno rationem quam dat Anch. in ca. statumimus. de sent. excom. libr. vi. in versu ij. not. nam excommunicatio non profertur nisi pro mortali. ca. nemo. xi. quae. iij. mortale de per se operatur remotionem a sacramentis, ut minor excommunicatio. c. sacerdotis. l. q. j. ergo ut aliquid

**com-**  
**unicatio de-**  
**mitti. ut. l. j.**  
**in. ff. ad mu-**  
**ni. p. b. d. i. a.**  
**ponit**  
Feli. in d. c. p. de sent. excom. quem vide, ubi sentit istam, licet non ita declaret. Hier. C.

rant. doct. Imo. in c. j. de loca. lo. de Ana. in c. j. de sagittariis. Mod. in c. pe. in c. dilecte. de except. ¶ Sed non bene resoluunt. Vnde dicendum est <sup>a</sup>, quod tex. in d. c. penu. loquitur in iudice q protulit sententiam excommunicationis. Na de maiori intelligitur, q ab homine minor excommunicatio proferri non solet: & verba intelliguntur secundum communem usum loquendi. c. quanquam. ij. q. vij. l. Labeo. ff. de supel. leg. & in delictis quomodo regula procedit, dicendum est, ut latius per Dyn. in d. reg. in obscuris. ¶ Ultimo regula non habet locum in iudiciis, ut gl. hic id dicit: q in dubio fieri debet interpretatio in fauore actoris. l. si quis intentione ambigua. s. de iudi. l. inter stipulantem. §. si Stichum. de verb. obli. & not. Bar. in l. rerum amotarum. in si. ff. re. amo. Et no. Inno. in c. licet causam. in si. de proba. quem Bald. refert in l. ordinarij. C. de rei vendi. col. pe. & idem Inno. in c. examinata. de iudi. in si. Abb. in cons. lxxvij. in q. in si. lib. ij. Alexan. cons. lxxvij. viso themate. col. pen. lib. ij. Et praedicta conclusio etiam habet locum in iudicio criminali, ut Alex. concludit, reprobando Rom. in l. diuortio. in prin. col. iij. ff. sol. mat. & ita tenet Bar. in l. libellorum. col. si. in prin. versu. quare aliquis percussit. limitatur tamen text. in d. l. si quis intentione. ut Bal. ibi dicit in secundo notabili. & tradit Alex. in cons. lv. quoniam causa. col. si. lib. v.

¶ Et ad declarationem regule. ut l. veteribus. ff. de pact. quando aliquid dicatur esse obscurum, tradit Alexan. in cons. xj. viso. col. si. lib. ij. & ibi dicit quod verba generalia non dicuntur obscura. de quo not. in l. si fiderulor. la. ij. ff. mandati.

¶ Et an sit differentia inter verbum obscurum, & ambiguum dixi in c. si. de constitut.

¶ Et de praallegata l. veteribus. not. Imo in cons. xxj. in casu praemisso. Io. de Ana. in cons. xcviij. visus. in si. Aret. in cons. liij. in causa magistri Blasij. in si. & in consilio lxxxiiij. diligenter. col. si. Old. in cons. xvj. ex forma. col. ij.

### In l. Secundum naturam. Argumenta.

- 1 Comoda ferens incōmoda & onera sustinere debet, & nu. 2.
- 2 pactū de lucro in societate, est etiā de damno intelligendū.
- 3 Contrariorum quare eadem disciplina. & nu. 5.
- 4 Testes publicatione facta nec super iisdem capitulis, nec super directo contrariis admittantur.
- 5 Augmentum si non auget, nec minutio minuet, quod oppositorum

litorum eadem sit ratio.

7. Argumentum ab oppositis quare inualidum.  
 8. Frater an succedat sorori, statuto stante quòd soror nò succedat fratri.  
 9. Testes tot in reuocatione requiruntur testamenti, quot in eiusdem confectiōe.

## REGVLA X.

PAVLVS.

**SECUNDVM naturam est: commoda cuiusque rei cum sequi, quem sequuntur incommoda.**

¶ **E A D E M** regula habetur <sup>a</sup> in c. qui sentit, eo. tit. lib. vj. & probatur in l. j. in prin. s. de instito. §. cū autem. insti. de emp. & vend. l. j. §. pro secūdo. C. de cad. tol. cum simi. allega. in gl. alia exempla, & similia traduntur per glo. in d. regula, qui sentit. Et adde tex. in l. is qui in pote state. in §. fin. ff. de leg. præstan. ¶ vbi dicitur absurdū esse alium habere commoda, & alium onera sustinere: & vbi periculum est, ibi lucrum debet collocari. l. si. §. pe. C. de fur. glos. per illum tex. in l. si is qui. §. j. supra commo. Et ideo pactum factum de lucro in cōtractu societatis, etiā de damno intelligitur. §. illud. insti. de socie. Iniquissimū enim est genus societatis, in qua vnus damnū & non lucrum haberet. l. si non fuerint. §. si. ff. pro soc. Et ideo cōmodum ab onere regulatur: vt in not. q. tradūt Bal. Ang. & doct. per gloss. ibi in l. plane. §. si duobus. de leg. j. vbi Alex. refert col. j. facit tex. in l. Seio. in princ. & quod ibi Bart. ff. de anauis leg. in l. Nefennius. §. si. supra de excus. turo. & in l. quoties. supra ad Trebel. Et ad prædicta facit quod not. Bar. in l. quia poterat. in fin. supra ad Trebel. vbi

ponit quæstionē, de locio qui suo periculo voluit ire Venetias contra voluntatem socii; nam de lucro quod fecit nihil debet habere socius qui noluit periculum subire, cum simil. vt tradit ibi Alex. col. j. & sequitur Ang. Atet. in §. illud. insti. de socie. & Roma. consi. ccccclxxv. & per istam regulam. & Bal. dici in l. j. §. pro secundo. in fin. C. de cadu. tol. quòd aut vasallus dimittat feudum, aut præstet seruitium.

- ¶ Et prædicta regula procedit data habilitate personę. Sed quādoq; propter inhabilitatē personę quis cōmodū cōsequitur, licet onus & incōmodū nō patiat: vt patet in muliere & minore qui ad hereditatē agnatorū admittuntur, & tamē tutelam eorum subire non tenentur. l. j. §. inter

*Pala. Ruui. in  
rep. B. §. 47. n.  
15.*

§.interdum. ff. de leg. tur. in §. si. in sti. de legi. par. tute.

¶ Secundo regula non habet locum in dote, in qua mulier quandoque habet lucrum. & onus non patitur: vt not. Bart. in l. si constante. in princ. col. pen. in v. q. iij. princip.

¶ Tertio ista regula habet locum quando est eadē ratio, vt quis ad com modum & in comodum admittatur: secus vbi esset diuersa ratio. vt not. Bar. hic & patet in iuribus alleg. in gl. videlicet in l. si negotia. absentis. §. de nego. gest. in l. si quis. §. j. §. communi diui. in l. sed & socius. §. si ab serti. ff. pro socio. in quibus iuribus propter culpā eius quis cogitur dam num subire & à lucro repellitur. vt no. Ang. p. gl. si. ibi in l. si. C. ad Tert. ¶ Et secundum istam limitationem, duae limitationes supradictae viden tur procedere: ita omnia supradicta in ista limitatione includi possunt. & ratio Bart. in d. l. si constante. non fundatur in fauore dotis: sed quia eadem ratio videtur. Et ad hoc facit, quod inferius dicam.

¶ Per istum tex. cum similibus. §. & in gl. alleg. infert gl. hic illud vulgatum, & contrariorum eadem est disciplina. & idem not. per gl. in rub. C. de acq. poss. in c. quanto. de cens. in gl. si. & in l. sciendum. §. si. §. qui la tiffa. cog. in l. Pomponius. §. j. in versi. esse. ff. de procur.

¶ Prædicta regula exponitur & declaratur pluribus modis. Primo. vt dicamus: eadem disciplina. id est, eadem cognitio: quia cognito vno de contrariis, alterū cognoscitur. & hoc probatur in l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. in sti. eo. in princ. & ibi Ang. Aret. & in sti. de tutel. in princ. & in l. qui accusare. in princ. ff. de accus. & in l. j. §. stipulatio. §. de præst. stip. Et hoc modo arguit Dy. in reg. ij. in princ. de reg. iur. in vj. Bart. in l. inter stipulantem. §. sacram. col. ij. ff. de verbor. obl. Abb. in c. fraternitatis. de test. col. antepen.

¶ Et ideo sicut facta publicatione testium testes non admittuntur su per eisdem capitulis: ita non admittuntur super directo contrariis: quia est idem in iur. subornationis in directo cōtrariis: quia cognito vno con trario, alterum cognoscitur: vt dicit Ang. Aret. in sti. de his qui sunt sui vel alie. iur. col. j. in si. alleg. not. in cle. ij. de test. & in §. quia non. in au then. de testi. not. in c. fraternitatis. de testib.

homicida puniatur in centum: & alio statuto caveatur quod si quis commiserit duo homicidia. decapiretur. Nam si quis commisit duo homicidia. licet pro primo soluerit **c** poenam. tamen debet decapitari. Quia primum pro quo fuit soluta pecunia. debet computari. ut dicatur duo homicidia commississe. per illum text. ubi contumacia propter quam soluta fuerunt expensa. aggravat aliam contumaciam postea commissam. & sequitur Pet. de Ancha. in c. j. de constit. in versic. firmat alibi idem Bald. Et facit quod no. Bar. in l. si cui. §. si. circa fin. in ver. omisi hic unam

**8** questionem. §. de accus. ubi concludit. ¶ quod delicta alibi commissi. de quibus iudex cognoscere **d** non potest. **e** aggravant **e** delictum postea commissum. de quo iudex

**c** Soluerit. dominus Franci. de Aretin. tenet contra dictum Bal. in d. auth. qui semel. in c. sicut. de testib. col. ij. in si. vers. in gloss. posita & c. per illam gloss. sed vide ibi Felin. qui tenet contra: quia in veritate glo. hoc non bene probat. & ibi satis remissive in ij. col.

**d** Cognoscere. De quibus vide Socinum. in tractatu fallen. in regula lxxxvij. fol. 10. vide longam apostillam ad Barto. in dicto §. si. supra literas.

**e** Aggravant. Quia ex perseverantia ponitur maior poena. text. fin. in l. unica. §. de superexacto. libro xi. & text. in l. ij. fin. vers. C. de episco. audien. ubi Bal. per illum text. dicit. quod ille qui geminat delictum. non



debet sperare  
veniam. & sic si  
aliquis impe-  
traverit venia  
à principe de  
secundo delicto  
nō facta metio-  
ne de primo,  
talis gratia est  
surreptitia, de  
quo dicto vide  
Barba. c. super  
literis, de re-  
feri. colū. xxiiij.  
& vide Ange. in  
d. liij. vbi dicit,  
q. dictum Bar.  
in §. fina. hic al-  
leg. & ita serua-  
tur de consuetu-  
dine, de quo vi-  
de Barba. in ca.  
si. de fo. cōpet.  
xviij. colū. & in  
c. postulasti. eo.  
titu. col. xxxix.  
per. Fel. in c. si-  
cut. & de test.  
col. ij. per dom.  
Fran. de Are. in  
ca. cum non ab-  
hose. de iudic.  
A Locum. Vi.  
de Anch. in reg.  
peccati. col. iij.  
versū. & ista fa-  
ciunt. isto titu.  
libr. vj. qui in  
omnibus con-  
cordat cum d.  
Phil. H. C.

cognoscit. & idem Bal. in authen. sed nouo iure. colū. ij.  
versū. sed dubitatur. C. de ser. fugi. & sequitur. Abb. in c. j.  
per glof. j. de cler. percuf. & in c. j. in fi. de pœnis. & Barba.  
Veron. in confi. lxxviij. vif. col. j.

¶ Et ista conclusio procedit quando constat de delicto  
alibi commissio: sed nō potest pro illo puniri: quia solum  
condemnationem vel præscriptum fuit, vel in alio terri-  
torio cōmissum est. Secus si à tali delicto fuisset absol-  
utus. vt notabiliter tradit Romanus in consil. ccxxvij. vt  
præmissa consultatio.

¶ Secundo dictum Bald. in d. authen. qui semel. & aliorū  
in locis s. alleg. habet locum<sup>a</sup> in homicidio, vel alio de-  
licto punibili.

¶ Secus si homicidium esset permissum, vt quia occisus  
sit bannitus: quia statuto poterat impunè occidi, quia ta-  
le homicidium cum factum fuerit statuto permittente,  
pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adul. vbi Bal. per  
illum tex. ita dicit.

¶ Et hoc dictum sanè intelligitur, quod nō possit puniri  
qui bannitus interfecerit. Sed tamen non erit habilis ad  
dignitatem. Quia stante statuto, quod homicida non pos-  
sit esse de prioribus, etiam talis qui bannitus interfece-  
rit non poterit esse de prioribus: quia tale homicidium,  
licet tolerabile sit, non est laudabile. ita Bal. dicit in l. de-  
curiones. circa fin. C. ex quib. caus. infra. irroga. vbi tamen  
in fi. limitat hoc, nisi statutum dicat quod bannitus impu-  
nè & licitè offendi & occidi possit. Quia tunc per illud  
verbum, licitè, nullo modo est maleficium. de quo dixi  
in c. episcopus. de præb. vbi videndum.

### In l. Ex pœnalibus Argumenta.

- 1 Actio de peculio non datur in patrem, si non sit factus locu-  
pletior. & nu. 4.
- 2 Pater quatenus pro filio teneatur.
- 3 Donatio non creditur filio data in administratione generali  
concessa.
- 4 Pater pro delicto filij tenetur, ex quo locupletior est esse-  
ctus. & nu. 5.
- 6 Locupletiozem alium esse factum quis probare debeat.
- 7 Pater quo casu non teneatur de peculio.
- 8 Pater ratione officij publici pro filio præcipuè tenetur.

### REGVLA LVIII.

**E**X pœnalibus causis non solet in patrem de pe-  
culio actio dari.

- 1** ¶ Ista regula intelligitur, † nisi quatenus pater esset factus locupletior: vt dicitur in l. iij. §. ex furtiua. §. de pecul. & no. per glo. hic. Et sic regula habetur cum limitatione gloss.
- 2** ¶ Primo circa regulam considerandum est † quod pater pro filio regulariter tenetur quatenus est in peculio. Quia concedendo illi peculium ex præsumpta eius voluntate videtur pater obligari quatenus est in peculio: vt declarat Barto. in l. j. colum. ij. in versic. item ista æquitas.
- 3** §. de peculio. † Et sicut in ista generali administratione peculij data filio non venit donatio. l. filiusfamilias. in princip. §. de donati. l. contra iuris. §. si. §. de pact. ita etiam non venit illicitum & à iure prohibitum. l. si procurator. §. de condict. indebi. ideo si filius ex delicto conteneretur, pater de peculio non tenetur: vt text. hic dicit: quia admi. filij limit. fuit in contractu, & non habet locum in delictis b. l. j. §. si filiusfamil. §. de his qui deiec. vel effude. ibi. in patrem non datur actio: quia ex contractu non venit. vnde publicatis bonis filij propter eius delictum, non intelligatur publicatum eius peculium. l. iij. vbi Bald. C. de bonis proscip. dicit tamen Bald. ibi, quod speciali priuilegio reserua tur patri peculium in solatium amissi filij: sicut econtra publicatis bonis patris peculium filij non publicatur. no. Barto. per illum tex. in l. iij. §. sed vtrum. circa si. in vers. vltimo noto. §. de minor.
- 4** ¶ Et ista regula limitatur, vt dictum est, † nisi pater ex tali delicto factus sit locupletior: vt ex text. in d. l. j. §. ex furtiua. de pecul. & not. per glo. in l. cum ancilla. C. quod cum eo. in verbo, locupletior. vbi enumerat alios plures casus in quibus solum obligatur pater vel dominus de peculio quatenus factus sit locupletior.
- 5** ¶ Et locupletior dicitur factus, quando pater esset in lucro cum alterius iactura: vt probatur in l. si quis mancipiis. §. final. ff. de instito. in §. penult. qui incipit. si autem. institu. quibus alie. licet. vel non. & in l. verum. §. sciendum. §. de minori. & dicit Bal. in l. si. C. de vsucapi. pro emp. quod dicitur factus locupletior quando constat de utilitate qua in actu permanet, vel prouisum fuit necessitati. allegat l. sed an vltro. §. fin. §. de negot. gest.
- ¶ Et dicit Ang. in l. verum. in gloss. j. §. de petit. haredi. quod ille videtur locupletior ad quem probatur fructus peruenisse: nisi ille probet se consumpsisse inutiliter.
- ¶ Dicit tamen Angel. in consi. clx. pro decisione. in fin. quod non sufficit probare quod quis fructus in eius utilitatem conuertisset: quia ex hoc non sequitur quod factus sit locupletior: quia potuit conuertisse in vsus suos & familiae, splendidius viuendo, & sic non remaneret locupletior.

¶ Sed certè satis a esse videtur, si probetur fructus vel res ad aliquem peruenisse. Ex hoc enim videtur fundata intentio eius qui dicit illum factum esse locupletiorè, nisi ipse postea probet de mala cõsumptione, per supradicta.

¶ Ex quibus videtur, quòd nõ rectè dicat gl. insti. quibus alie. nõ licet. §. penul. in verbo, locupletior. dum inquit, quòd dicitur quis factus locupletior, si nõ sit pauperior. alleg. tex. qui hoc dicit in l. in pupillo. §. de solut. ibi: nam hoc ipso quòd non est pauperior factus, locupletior est.

¶ Sed ad illum text. respondetur, quòd intelligitur quòd non sit pauperior soluendo & faciendo quod ab eo petitur: quia si non remanet in damno facta solutione: ergo illud quod habebat, erat sibi in lucro: & ita illum text. declarat Bart. in l. j. §. impuberes. §. commod.

¶ Et quis debeat probare alium esse effectũ locupletiorè, not. Bal. in l. j. C. si aduer. credi. & in l. pradiorũ. C. de pradiis min. Et ad supradicta videndũ est quod scribit Franc. de Cur. in cõsi. lxxij. princeps defunctus. in iij. col.

¶ Postremò cõtra istã regulã videtur text. in l. ij. §. si. qui incipit, si filius familiã. §. de pecul. vbi filius familiã fuit in magistratu, & fecit litẽ suã, quo casu obligat ex quasi malefici. insti. de obli. quæ ex malefici. §. si filius fami. Et tñ ex tali quasi maleficio datur actio de peculio contra patrem. d. l. ij. §. si. cõtra tex. hic. Fulg. in d. l. ij. §. ex furtiu. miratur de illo tex. & respõdet esse speciale in tali casu: quia secundum eum talis obligatio est reducta ad similitudinem obligationis ex contractu: quia transit in hæredẽ. l. magistratus. §. de magi. conuen. ¶ Et in alia obligatione ex quasi maleficio pater non obligatur etiã de peculio: vt probatur in d. §. si filius fami. & d. l. j. §. si filius fami. de his qui deiec. vel effud. Et ratio specialitatis videtur: ¶ quia pater ratione publici officij magis, quã in aliis, pro filio obligatur. l. quoties. §. ad municip.

### In l. Hæredem. Argumenta.

- 1 Hæres eadem cum defuncto persona reputatur.
- 2 Statutũ loquens de promissore, non habet locum in hæredẽ.
- 3 Hæres ratificare potest quod defuncti nomine factum est.
- 4 Hæredis factum idem cum facto defuncti creditur.
- 5 Pactum cum aliquo factum, porrigitur ad eius hæredem.
- 6 Promittens pro se, præsumitur pro suis hæredibus promississe.
- 7 Declarandi potestas ad hæredem non transmittitur.
- 8 Hæreditate adita intelliguntur, quæ de hærede dicuntur.

Substitutio

Sustitutio de hæredibus facta, intelligitur si adierit hæreditatem.

- 9 Hæres qualiter executori in testamento dicatur dari.  
10 Hæres quando tunc demum quis dicatur.

## REGVLA LIX.

**HAEREDEM** eiusdem potestatis iurisque esse cuius fuit defunctus constat.

1 ¶ **IN** AM hæres est quodammodo eadem a persona cum defuncto. §. j. in auth. de iureiuran. à mori. præstit. & bene dicit tex. i bi, quodammodo. qđ verbū denotat improprietatem. l. in suis. s. de lib. & posth. Quia verè alia est persona hæredis, & alia defuncti: vt no. Domin. in c. ij. in fin. de iur. cal. in fin. in vj. Et ideo in materia in qua verba propriè & verè accipi debent, hæres nō reputatur eadē persona cum defuncto: vt probatur in l. qui Romę. §. Augerius. de verb. obl. vbi ille qui promittit soluere illud in quo apparebit patrem suum debitore esse: nō tenetur, si de tali debito contra hæredem constiterit. Et p̄ illum textum dicit Aret. ibi post Dy. & Imo. quod debitor post mortē non dicitur debitor, b̄ licet hæredē reliquerit. & facit tex. in l. cum ita datur. s. de cond. & demō. vbi conditio dandi Titio non potest impleri in hærede Titij. & no. Bart. in l. sub diuersis. s. de condit. & demon. vbi concludit, quod iussus dare alicui sub nomine proprio, non potest dare hæredi: bene facit quod not. Bald. in d. l. j. col. fi. ver. pone statutū dicit. C. de execu. rei iud. vbi inquit, quod si potestas debet habere decem pro executione facta contra condemnatos, non habebit decem si executio facta sit contra hæredem condemnari, quia hæres non est condemnatus.

2 ¶ Et ex his confirmatur quod no. Ange. in l. postulante, s. ad Treb. vbi voluit. quod licet si statutū dicit quod debitor capi possit & carcerari, habeat locum etiam cōtra hæredem: vt Bart. ibi & Doct. dicunt. Secus tamen est secundum eum si statutum loquatur de promissore. Quia non habet locum in hærede: quia licet hæres sit debitor, non tamen dicitur promissor: quia ipse non promissit. & sequitur Alex. ibi. col. iij. Et ex prædictis tradit Socin. in consi. cccxij. præsens consultatio.

¶ Et prædicta procedunt attēta vi & proprietate verborum. Sed quātum ad iuris interpretationē, hæres eadem

A Eadem. Dec. consilio cclxij, col. ij.

x Debitor. Et illum text. dicit ibi vnicū ad hoc Alexād. ibi in ij. col. in prin. Ias. in prin.



tionem non competit hæredi: vt not. Aret. in consil. cxx-  
 iij. in causa quæ vertitur. in primo dubio. & ibi in ij. col.  
 limitat & declarat regulam istius legis. Et adde quod li-  
 cet hæres reputetur eadem persona cum defuncto. vt s.  
 dictum est. Secus tamē est in hærede hæredis qui non re-  
 putatur eadem persona cum defuncto. vt no. voluit Pau.  
 de Cast. in consil. cxcvij. visis dubiis. circa fi. lib. ij.

- ¶ Postremò notandum est, ¶ quòd prædicta omnia quæ  
 dicuntur de hærede, intelliguntur adita a hæreditate. l. ij.  
 §. si quis ita. vbi Imol. de hære. insti. facit text. in l. ij. §. si  
 quis hæredi. s. de statu libe. & in l. si in diem. in princi. &  
 quod ibi Bar. s. de condi. & demon. Et ideo substitutio fa-  
 cta de hæredibus, intelligitur si hæreditatem adiuerint. l.  
 §. si plures. in fi. vbi gl. & Bar. s. de vulg. & pupil. ¶ Et hæres  
 datus executori in testamento, intelligitur si hæres sit cū  
 effectu, ita quòd adeat hæreditatē. l. Lucius. la j. vbi Bart.  
 C. de fideicom. lib. & no. Bar. in l. codicillis. §. j. s. de ann.  
 leg. Pau. de Castr. in d. l. si plures. & not. Bal. in d. l. fina. in  
 prin. C. si pen. app. mors interue. ¶ vbi inquit, quòd hæ-  
 res quis non dicitur antequam testamētum aditione hæ-  
 redis confirmatum sit. alle. l. si seruus communis Mæuij.  
 in prin. de stip. seruo.

### In l. Semper qui non. Argumenta.

- 1 Mandare quando quis præsumatur.
  - 2 Absens quando consentire dicatur.
  - 3 Possessio quando emptori à domino censeatur tradita.
  - 4 Donatio causa mortis nudo pacto fieri potest, & nu. 5.
  - 6 Rati habitio trahitur, & equiparatur mandato.
  - 7 Mandatum speciale an possit dari sola taciturnitate.
  - 8 Delictum an putetur mandare, qui cūm posset, noluit pro-  
hibere.
  - 9 Possessio præsumitur ratificari per fructum perceptionem.
  - 10 Laudum quando censeatur ratificatum.
  - 11 Retificari nequit quis, quod non suo nomine gestum est.
  - 12 Ratum habere quis potest, quod in sui præiudicium nomine  
alieno est gestum.
  - 13 Ratificatio intra quod tempus fieri debeat.
  - 14 Homicidium simul commissum licet rursus fieri non possit,  
ratum tamen haberi poterit.
- Declaratio semper fieri potest.
- 15 Ratū haberi potest, quod homine impediēte fieri nō potest.
  - 16 Ratificatio nulla est eius, quod nullum est.
  - 17 Ratificatio non sufficit, vbi mandatum lex requirit.
  - 18 Acquitate cessante ratificatio non facit mandatum valere.

*Adita. Alex.  
 conf. xxxvj. nu.  
 11. lib. iij. & dixi  
 in consil. Paris.  
 §. iij. nu. 6. C. M.*

## REGULA LX.

**S**EMPER qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur. Sed si quis ratum habuerit quod gestum est, obstringitur mandati actione.

¶ DVO sunt dicta. circa primū gl. & bene exēplum ponit. secundum l. qui patitur. s. mandati. Et ista regula & text. in d. l. qui patitur. intelligitur ¶ quando quis est p̄sens, & non contradicit. vt not. Bal. in l. j. s. de negot. gest. & sequitur Alexan. in l. saepe. in char. ix. col. xxxiiij. vers. vij. saluari potest. s. de re iudic. & Bart. hoc idem dicit in l. si pecuniam. C. de negot. gest. Et verba satis conueniunt: quia illud verbum. patitur, arguit p̄sentiam: & eodem modo verbum illud non prohibet a.

a Prohibet, p̄ quo facit text. in l. Sabini. s. cōmuni diu. qui tex. not. probat etiā cōclusionē, quōd p̄sēns & tacens quando agitur de eius p̄iudicio, dicitur aliquantuliter consentire. & sic non in totum. Hic. C.

¶ Sed tamen considerandum est, quōd ista regula, & d. l. qui patitur. intelligitur quādo tractatur de vtilitate eius qui patitur, & non cōtradicit: vt not. per gloss. in dicta l. qui patitur. & not. Barto. in l. j. s. de negot. gest. ¶ Et talis casu idem videtur in absente. Quia si fiat actus in quo agatur de vtilitate absentis, statim quod ille absens scit. & non contradicit, consentire videtur: vt no. Barto. in l. quoniam. s. rem ratam hab. allegat l. si absentis, & quod ibi no. per gl. & Doct. C. si certum petatur. & sequitur Abb. in c. nonne. in fi. de p̄sumpt. & sic data scientia in vtroque non videtur differentia inter absentem & p̄sentē. Nam sicut p̄sēns qui tacet videtur consentire, quia de eius vtilitate agitur: eadē ratio videtur in absente postea quā scit, & non contradicit. Et secundum hoc regula videtur generaliter procedere. & ad istam regulam facit tex. in l. j. §. magistrum autem. s. de exercit. ibi: si scit, & passus est cum in naue magisterio fungi, ipse eum in posuisse videtur. & ad idem facit tex. in l. ij. C. de acquir. possess. vbi ¶ possessio emptori tradita videtur à domino; qui scit, & patitur illum esse in possessione.

¶ Et secundum istam regulam in notabili quæstio. consultuit Petrus de Anchar. in consil. lxxij. motiua iudicis. in versic. quo ad quartum. & Alexand. in consil. cxx. ponderatis. lib. v. col. ij.

¶ Et per dicta l. qui patitur. concludit Socin. in consilio cxij. multum abunde. columna iij. quōd ¶ sola p̄sentia donatarij tacentis facit donationem causa mortis, quæ hodie potest fieri pacto nudo. iuxta gloss. in l. cum pater. §. mar

~~in fine. C. de pact. & consensu. l. si quis argentum. C. de donat. l. si quis argentum. C. de pact. & consensu. l. si quis argentum. C. de pact. & consensu. l. si quis argentum.~~

**B** Retrotrahitur. Vide Fel. in c. sicut. lo. ij. de simo. fi. col. vbi ponit regu. cum ix. fal. len. & latus remissiones in materia: ultra quem vide Abb. & Fel. in cap. nonnulli. §.

§. Mauio. de leg. ij. quia cū agatur de vtilitate sua præsuntur cōsentire. d. l. qui patitur. & hoc idem voluit Ang. in terminis in consi. clxxxv. ex themate pradicto. col. ij.

**A** in hoc tamen contrarium a voluit Aret. in l. ij. versi. circa secundam qualitatem & c. de leg. j. Et secundum opinio. Aret. consului dum essem ultra montes: quia sicut Barto. in Liurisgentium. §. quinimo. col. v. & in l. sicuti. in prin. §. de pact. interpretatur. l. si quis argentum. C. de donat. vt non habeat locum in pacto præsumpto, quia cōcurrerēt duo specialia: quod fieret donatio pacto nudo & præsumpto: sic etiā dicit Aret. in d. l. ij. licet hodie pacto nudo etiā fieri possit donatio causa mortis. secundum glo. in d. §. Mauio. hoc intelligitur in pacto nudo expresso, & non in præsumpto. & quia dicit ipse quando quis donat præsenti & taceat, non videtur pactum, sed pollicitatio.

lex pollicitatione. de pollic. & hoc confirmatur ex his que dixi in rub. C. de pact. alleg. Host. in sum. de pact. in prin. ibi in idem placitus & consensus. & in l. pactū. §. de pollic. ibi: duorum consensus atq; cōuentio. & licet quādoq; etiam ex consensu vnus à lege pactū inducatur: vt not. Bar. in l. ij. C. de pact. cum si. vt tradit ibi Alexā. illud nō est pactum simpliciter, sed secundum quid: sicut distinguitur contractus à quasi contractu: quia in cōtractu consideratur expressus consensus: in quasi contractu: tacitus.

**S** inst. de obli. ex quasi contractu. in prin. ¶ Et ideo in proposito, licet nudo pacto hodie etiam possit fieri donatio causa mortis: intelligitur de pacto nudo verbis expresso. & non videtur habere locum in isto casu. In quo videtur potius pollicitatio, quàm pactum: vel saltem est pactum tacitum & præsumptum, in quo non videtur habere locum quod dicit gl. in d. l. cum pater. §. Mauio. de lega. ij. secundum Aret. in d. l. ij. col. ij. & dixi in consi. ccxlv.

¶ Secundum dictum est in quo alia regula continetur, quod rati habitio retrotrahitur b, & mandato equiparatur: vt habetur in regu. rati habitio nem. eod. titu. in vj. Ad idem est text. in l. fin. C. ad Maced. in l. licet. §. de iudic. in l. si pecuniam. C. de nego. gest. & in c. fi. de iureiur. in vj.

**B** Et

¶ Et

sunt & aliq. de rescript. col. ij. & in c. causam. de iudic. col. v. penul. versi. sed detemendo, & c. vbi ponit quod secundum magis communem opin. sententia lata contra falsum procuratorem potest ratificari. quod tamen limitat xij. modis, & idem in c. i. col. pen. & vlt. de re iud. & Anch. & docto. in d. regu. rati habitio nem. libr. vi. & idē quod Fel. in d. c. causam. dicit Ias. in l. licet. C. de pro curat. vbi ponit xij. limit. in pe. col. versi. in vlt. parte. gl. & Ias. in l. qui in aliena. de acquir. ed. hz. col. iij. versi. gl. in versi. rem rata haberi. vbi dicit q. ea que à principio non possunt explicari per procuratorem, non possunt haberi rata. & eūdem in l. nec is. §. de acquir. hz. red. col. ij. vbi dicit

Et



ratificatio non extenditur ad ignorata & que sint necessaria ad hoc ut  
 ratio tenet, vide Barb. c. nonnulli, & supra & alij. de rescript. col. iij. in princ.  
 vbi etiam tractat istam materiam: & quibus modis fiat, vide eundem in s. ex par-  
 te decani. de rescriptis. col. x. & circa id quod dictum fuit de procuratore falso,  
 vide Felin. cap. ij. & vlt. colum. de re iudic. & in cap. post cessionem. vj. colum. versic.  
 secundo decla-

rat. & c. de probat. & quando habeat locum, vide per eundem in cap. prudentiam. de off. deleg. col. penult. versic. nunquid. & ibi Barb. col. iij. H. C.

**A** Mandatum, vide Felin. d. c. sicut. sina. col. in fine, vbi refert tenentes hanc opin. & Ias. l. si quis mihi bona. §. iustum. de acquire. hered. col. vi.

**B** Delictis. ad de Bal. post gl. in l. si pupillus. §. si Titij. ff. de nego. gestis. latissime salicet. post Bald. in d. l. non ideo minus. hic alleg. Canon. in capit. ij. de ord. cogn. Ange. Aretin. in tractat. Malefactorum, in ver. Sempron. mandat. & ibi per additio. in vers. nunc quindecimo. & quid oportetur in delictis. vide Abbat. capit. cum vos. de his que sunt

¶ Et ista regula etiam habet locum in requirentibus speciale mandatum. ut no. Ang. in d. l. licet. in princ. de iud. alleg. Io. And. in c. cupientes. §. quod si per viginti. de elect. in vj. & tex. in c. j. de homi. in vj. & probatur in d. e. fin. de iureiur. in vj. & idem tenet Bald. in l. si maritus. C. manda. per tex. in l. quod si de speciali. §. de minor. Alex. in consi. xxvij. viso. col. iij. libr. v.

¶ Similiter ista regula habet locum in delictis. c. cum ad sedem. de restit. spol. l. j. §. deiecit. versic. sed & si cum quis. §. de vi & vi arma. & ibi gl. & Bar. & glo. in c. quam sit. in ver. petere. de elect. in vj. & no. Bal. in d. l. si in fi. C. ad Maced. & in l. non ideo minus. col. vij. versic. vndecimo queritur. C. de accu. Paul. de Cast. in consil. ccccxxij. quia scio. in iij. col. in antiquis. & Soc. in consil. cxlvij. iustissime iudex. in fi. Et talis ratificatio fieri potest non solum verbis, sed etiam facto: ut tex. dicit in l. Paulus respodet. §. rem ra. hab. nam plus est facere, quam pronuntiare. l. si tamen. §. ei qui. §. de edil. edict. & plus est aliquid facere facto, quam verbo. ut dicit tex. in c. dilecti. el. j. de app. Et ideo si vniuersitas soluit expensas factas in lite per syndicum non legitime constitutum, videtur gesta per eam ratificare, ut not. Spec. in tit. de synd. in versic. sed pone q. vniuersitas. col. ij. vbi alleg. d. l. Paulus. & l. pen. §. de deci. in fi. & c. quo ad consul. de re iud. Et dictum Spec. sequitur Alex. in consi. cxv. viso instrumento. col. j. & in consil. clxxv. perspectis verbis. in fin. lib. v.

¶ Et ex perceptione fructuum probatur ratificatio perceptionis, ut tradit Alexand. in consil. lxxxvij. quoniam. col. final. in princip. eod. lib. v. vbi alleg. decisionem Rotae cxlvj. item licet amicus. Et per receptionem census ratificatio contractus inducitur: ut notat Bald. in consilio clxxxiiij. ad intelligentiam lib. ij. secundum nouam formam. alleg. l. si prateritus. C. de contratab. & l. si proponam. §. primo. vbi bonus text. supra de inoffic. testamen. & respondens alicui de fructibus, videtur ratificare contractum: ut idem Bald. dicit in consil. ciiij. videtur in princ. in iij. libro. Et agens ex contractu videtur ratificare contractum

tractum: vt not. Bald. in consi. xiiij. punctus. lib. v. & idem Ang. in consi. clj. viso. col. fi. Et qui exigit rationem administrationis, videtur ratificare gesta per illum qui administravit, vt not. Pan. de Cast. in consi. j. secundum nouam formam. in antiq.

10 ¶ Et quando laudum ratificatum dicatur, tradit Soci. in consi. cxx. viso compromisso. col. penul. & talis ratificatio potest fieri etiam pendente iudicio. vt not. Alexan. in consi. supra alleg. cxxvij. viso instrumento. col. j. libr. v. & talis ratificatio potest fieri etiam parte absente: vt notat Barto. in l. quo enim. in fin. s. rem rat. habe. & in l. Pomponius. col. ij. versic. item ex eodem. s. de nego. gest. quia pendet à sola voluntate ratificantis: ideo potest fieri parte absente. & idem Bar. in authen. sacramenta puberum. colum. ij. C. si aduer. vend. cum simil. Alexand. scribit in consilio cxxvj. visis. in fine libr. v. & per ratihabitionem actus attribuitur ratificanti: vt notat Bartol. in l. si pecuniam. C. de negot. gest. Socin. in consil. clvij. viso processu. colum. iij.

11 ¶ Prædicta regula intelligitur quando fuit gestum nomine ratificantis, aliàs non potest ratificari, vt habetur in alia regul. ratum. eod. titu. in vj. & ad idem tex. in l. si pupilli. §. sed si ego. vbi Bartol. s. de nego. gest. & in l. si seruus. s. de precar. & in c. cum quis. de sent. excom. in vj. Et ista conclusio procedit, quod ratificatio non potest fieri isto respectu quod negotium ad me trahatur. Secus est

22 quo ad præiudicium meum: quia in præiudiciū meum possum ratum habere quod nomine meo gestum non fuit: vt not. Bart. per illum text. in l. si fundus. §. j. s. de pignorat. & not. per gloss. in d. regula. ratum. Et hoc solum habet locum in calu. d. l. si fundus. §. j. quia res non poterat habere effectum sine tali ratificatione, quia erat pignorata res aliena in qua ius pignoris constitui non potest, nisi domino consentiente: secus si res absque ratificatione potuisset sortiri effectum: quia tunc etiā in præiudicium ratificantis non potest ratificari quod non fuit gestum nomine ratificantis: & fuit ista distinctio aliquorum, vt Barto. refert in d. l. j. §. sed & si cum quis. supr. de vi & vi arma. & sequitur Perus. in d. regula. ratum. per tex. in dicto c. cum quis. de senten. excommu. in sexto. vbi patet, quod non possum ratificare etiam in præiudicium meum quod nomine meo factum non fuit. Bart. tamen in d.

à prælatis & finaliter vide Ang. in l. Iulianus. j. col. s. qui satisd. cog. q. si mado tibi q. occidas tale, & tu iam occidisti, quod non teneor, nec ex mandato, nec ex aliqua ratihabitione, de quo p. Ias. in rep. l. quominus. s. de num. H. C.

in d.l.j. §. sed & si quis breuiorem tradit doctrinā, quod gestum nomine alterius non possum ratificare trahēdo ad me negotium, ita quod ego dicar cōmisisse illud delictum, vel illud negotium fecisse. Sed si volo habere ratum in praiudicium alicuius iuris mei, possum d.l. si fundus §. j. & in l. mater tua. C. de rei vend. vbi si quis vendit rem meam nomine suo, possum ratum habere vt mihi praiudicem in dominio & rei vendicatione: sed nō possum agere ex vendito contra emptorem.

▲ Tempus. Vide Jas. in Lis qui p emptore. de v. suc. col. xxxvij. versic. secundus articulus est. de extre. & c. vbi late declarat materiam ratihibitionis. & do. Phil. in reg. contra actus. s. eodē. ver. quarto limitatur, & c. & adde vnū, q. actus medius imperitinus impedit ratihibitionem retrahit. gl. est singu. in l. si indebitū. §. j. ff. rem ra. habe. & ibi Bart. & in l. si vxore. §. si q. vxorē. de adult. Bal. in l. si. C. ad Maced. H. C.

¶ Secundo regula principalis limitatur, dummodo fiat ratificatio infra tempus infra quod actus qui debet ratificari fieri potuisset: vt est text. in l. bonorum. s. rem rat. ha. ad idem text. in l. j. in princ. s. de app. recip. vbi ratificatio appellationis interposita debet fieri infra tempus datum ad appellandum. & no. per gl. in d. regu. ratihibitionem. & in c. quam sit. de elect. in vj. & per illum text. in d.l. bonorum. infert Abb. post Anto. de But. ibi in fi. in c. cum venissent. col. ij. de resti. spol. quod si quis tāquam gestor negotiorum meorum nomine meo accepit possessionem, & sit spoliatus antequam habuerit ratum, illa ratificatio nihil operatur: & sequitur Alex. in l. quod meo. in prin. col. ij. de acqui. poss. & Corn. Perus. in consi. cx. in iudicio diuisorio. col. pe. in prin. lib. ij. Et facit quod not. Bar. in l. si vxor. §. si quis vxorem. s. de adulter. vbi per illum text. in d.l. bonorum. dicit, quod ratificatio potest fieri re existente in eodem statu: aliā secus. & not. Salic. in l. fina. post Bald. C. ad Macē. cum simil. vt tradit Alex. in consi. lxxvij. viso. col. penul. lib. v. & in d.l. quod meo. in princ. col. ij.

¶ Et hoc quod dicitur de re integra, limitatur, vt in notabili casu scribit Corn. Perus. in consi. xxxvij. memini. col. fin. lib. ij.

¶ Item quod dicitur in d.l. bonorum. habet locum in ratificatione quæ respicit fauorem ratificantis: secus verò esset in odium & praiudicium eius: quia ratificatio fieri potest, licet actus principalis fieri non possit: vt patet in homicidio semel cōmisso quod iterum fieri non potest, & tamen ratificari potest. c. j. de homic. in vj. & in d. l. j. §. sed & si cum quis. de vi & vi ar. & no. Ange. in l. bonorū.

¶ Item & secundo d.l. bonorum. nō habet locū in declaratione quæ semper fieri potest: vt no. Bal. per illum text. in l. sed & si quid. §. interdū. in ver. quod ergo. s. de vsufr. ref

& refert & sequitur Aret. in l.j. §. si quis ita. col. iij. de verb. oblig. & hoc idem dicit Ang. in l. cū proponas. col. j. in glō. si. C. de bo. auth. iud. poss. vbi simpliciter alleg. l. heredes palām. versi. sed si notam. s. de testa.

¶ Tertio quod dicitur in d. l. bonorum. procedit quando actus non potest fieri propter dispositionem legis, prout loquitur: ¶ secus autem si facto hominis actus fieri non potest: quia ratificatio tamen non impeditur. l. cum decem. §. si. & in l. si quis offerenti. §. si. s. de solu. & ita Bar. dicit in d. l. bonorum.

¶ Quarto limitatur, vt Alexan. tradit in consi. lxxxvij. quoniam. col. si. in prin. lib. v.

¶ Quinto limitatur, vt per Cuma. in consi. cxvj. Innocētius septimus.

¶ Ultimo limitatur, vt per Bart. in l. j. C. qui admit.

¶ Tertio, regula principalis fallit vbi agitur de præiudicio tertij: quia ratificatio fieri nō potest, ita quod in alterius a præiudicium retrahitur. arg. l. si partem. §. si. s. quemad. ser. amit. vt Bar. concludit in l. cum indebitum. §. si procurator. & in d. l. bonorum. s. rem rat. hab. ij. no. Ang. in consi. ccl. xxvij. tutor. in si. Alexā. in consi. lxxvij. viso. col. iij. lib. v. & idē Bart. in l. aliena res. s. de pig. act. in prin. vbi concludit, q̄ ratificatio domini facta de obligatione facta per alium eius nomine, non præiudicat illi cui ipse dominus rem vēdidit vel obligauit. Et circa hoc notabilem quæstionem ponit Bal. in rubr. extra de sum. Trini. col. pen. ver. sed incidit quæstio de facto.

¶ Quarto, ¶ regula principalis intelligitur, quādo actus qui debet ratificari validus fuit: secus si nullus fuisset, quia ratificari non potest: vt no. scribit Pet. de Ancha. qui ponit istam regulam in consi. cxxij. vnus ex procuratoribus. & idem not. Bart. in l. quod obseruare. s. de officio proconsu. in j. oppon. vbi inquit: ratificatio non potest fieri de actu nullo, ita quod actus confirmetur a tempore quod nulliter factus fuit: sed actus nullus bene potest ratificari, ita quod ex nūc valeat tempore ratificationis. & sequitur Alexan. in consi. lxxvij. viso. col. penult. lib. v. s. alleg. Et videndum est ad prædicta quod Aret. tradit in consi. cxxvij. eximie domine. col. ij. & ibi de materia, & consilio sequenti.

¶ Quinto fallit, ¶ quando mandatum pro forma b à lege vel statuto requiritur: quia tunc non sufficit ratifica-

A Alterius. Vide Iaf. in l. filio que pater. colū. j. de lib. & post. hu. & in l. is qui p. emptore. de vsuca. col. xxxvij. versi. tertia rō. vbi latē tractat materiam ratificationis: & an possit fieri die feriata in honorem Dei ibi. col. xxxij. in si. H. C.

B Forma. Adde Bartol. post Bal. i. c. ex parte decani. de re. script. col. xxx. versi. item dicit hic Bal. &c.

Q tio: vt

tio: vt Bal. dicit in l. executorem. col. iij. versic. sed si notarium. C. de execu. rei iudi.

¶ Et similiter regu. non habet locum in materia stricta: quia si statutum velit quod mandatum testibus probari non possit, ratificatio tamen poterit probari: vt no. Bal. in l. obseruare. §. si. in xj. q. 3. de offic. proconsul.

¶ Vltimo, regula procedit secundum fictionem: quia in veritate aliud est mandatū, & aliud ratificatio: vt no. Bar. in l. is qui pro emptore. col. iij. §. de vsucap. Et talis fictio fundatur in æquitate. l. postliminium. §. de cap. ¶ & ideo cessante æquitate ista regula non habet locum, vt Alex. concludit in consi. lxx viij. col. pen. in v. lib. 3. alleg.

### In l. Domum suam, Argumenta.

1. Aedificare qui vetatur, reficere domum non prohibetur.
2. Reficere non dicitur, qui rem penitus lapsam restaurat.
3. Nouum non dicitur, quod prius destructum reparatur.
4. Aedificare potest quis in suo liberè, modò in alienum nil immittat.

### REGVLA LXL

**D**OMVM suam reficere unicuique licet, dum non officiat inuito alteri quo ius non habet.

¶ ISTA regula intelligitur in casu in quo quis non habet potestatem aedificandi de nouo: ¶ nam prohibitus aedificare non prohibetur reficere: vt hic dicitur. Et vltra glo. exemplificari potest in c. consuluit. de Iudæ. vbi Iudæi qui prohibentur sinagogas de nouo cõstituere, non prohibentur antiquas reficere: quia aliud est facere, & aliud est reficere. l. iij. §. reficere. §. de iti. actūq; priua. Et ideo prohibitus facere de nouo, nõ prohibetur reficere: vt hic, & d. c. cõsuluit. & in l. iij. C. de ope. publ. & in l. j. §. si quis aedificium. §. de oper. no. nun. facit quod no. per gl. in c. j. in verbo, domum. de relig. do. in vj. in cle. si. de rescrip. in verbo, creatum. Et ex his cõprobatur quod dicit gl. in l. j. §. pen. in verbo, reficere. §. de mor. infer. & sequitur Bar. in d. l. j. §. si quis aedificium. quod propria & stricta differentia est inter verbum facere & reficere.

¶ Et ista conclusio limitatur, ¶ nisi res in totum fuerit destructa: quia tunc reficere rem in totum destructam est propriè facere: quia de totali reparatione iudicatur idem quod de noua constructione: vt notatur per gl. xvij.

gl. xviii. q. ij. in c. de monachis. & in c. iij. de iure patro. & no. Bal. in l. si vt proponis. la ij. C. de nup. Host. in summa de ecclesiasticis adifi. in fi. & facit text. in l. qui tamen. in prin. §. quib. mod. vsufr. amit. in l. si ita legatum. §. si de leg. j. cum simi. vt latè tradit Alexan. in d. l. si quis adificium & Feli. a in c. cum accessissent. in fi. char. de constit.

3 ¶ Sed tamen considerandum est, quod licet res in totum destructa sit: remanent tamen vestigia prioris adificij, vnde facilius reparatio permitti debet. ar. l. si. §. de decur. & quod not. Bar. in l. j. de aduo. diuer. iud. & facit gl. in c. accessissent. vbi sit reparatio dignitatis in totum destructa. Et non est nouum quod aliàs statutum fuit, licet renouetur. xxij. q. j. in c. Acatius. & xxxiii. q. j. in c. non satis. facit tex. in l. rem non nouam. C. de iudic. Vnde quod in totum res destructa reficiatur, nō videtur res noua. & in casu ca. consuluit. Iudæi qui prohibentur nouas synagogas erigere, non videtur, quod prohibeantur reficere synagogā in totum destructam. licet Abb. ibi aliter velinex quo ecclesia tolerat Iudæos; & verba d. c. satis conueniunt, dum dicitur, Si corruerint antiquæ, toleratur quæ eas reedificent. Ista enim verba etiam ad totalem destructionem adaptari videntur: vnde secūdum subiectā materiam hoc debet iudicari, quia secūdum subiectam materiam statutum quod loquitur de faciente, habet locum in reficiente: vt Alex. tradit in cōf. cix. v. is. col. pe. lib. iij.

4 ¶ Secundo regula etiam intelligi potest in eo qui haberet potestatem adificandi b, secūdum regulam l. altius. C. de serui. quæ habet locū dummodo ille qui adificat in suo. non immittat aliquid in alienum: vt glo. hic dicit per l. sicut. §. Aristo. §. si serui. vend. Et aliàs limitationes ad d. l. altius. tradit Barth. Veron. in tracta. de ser. vrb. præ. in tit. de solo & area. Alex. in consi. clxxxiiij. opportunè cōsiderans. lib. ij. & quod no. Bar. in l. si. in fi. C. de ser. & d. l. altius. ampliatur vt per Abb. in consi. lvij. in quest. col. iij. lib. j. Corneus in consi. xc. viso. col. v. lib. ij. & Soc. in consi. cxlj. considerata. in prin.

### In l. Hæreditas. Argumenta.

- 1 Hæreditas successio dicitur, possessio verò bonorum, cui succedendi.
- 2 Hæreditas etiam dici potest ante aditionem.
- 3 Aditio sola non sufficit, vt hæreditas dici possit.
- 4 Petitio hæreditatis quādo hæredi vel fideicommissario detur.

Q 2 Petit

a Feli. & idem Feli. in d. c. consuluit. de Iud. & Ias. in repet. l. quominus. col. l. pen. de sum. minib. vbi per duas colū. tractat materiam nostræ regu. & eundem post alios in l. j. §. si quis adificium. §. de noui oper. nun. & d. Phil. in d. ca. cum accessissent. colū. fi. in fi.

b Aedificandi. Adde Ias. in l. ex hoc iure. col. ij. de iuli. & iure & domi. Phi. in regu. nullus videtur. & quæ ibi dixi.

- 5 Petitiō hæreditatis non datur hæredi, qui possessionem semel apprehendit.  
 6 Hæreditas an desinat dici per solam possessionis apprehensionem.  
 7 Filia renuntians hæreditati patris, non excluditur ab hæreditate fratris.

## REGVLA LXVII.

**H**ÆREDITAS nihil aliud est, quàm successio in uniuersum ius quod defunctus habuerit tempore mortis.

¶ **H**ÆREDITAS ¶ ergo est successio, vt hic dicitur, & in l. nihil. §. de verb. sig. Et bonorum possessio est ius succedendi: vt not. Bar. in l. iij. §. bonorū. §. de bono. poss. De quo videndum est quod dixi in rub. C. qui admit. col. antepen. Et istam diffinitionem hæreditatis quam Iuriconsultus hic ponit, declarat Bar. in rub. §. de acqui. hære. dicens, quod ista diffinitio loquitur de successione iuris: quia mortuo testatore succedit quoddam ius quod hæreditas appellatur, & personā defuncti sustinet in omnibus iuribus quæ habuit defunctus. I. hæreditas in multis. §. de acquiren. rer. domi. l. mortuo. §. de fideiuf. & idem Bar. in l. nam & seruus. in §. qui negotia. §. de nego. gest. dicit, quod hæreditas repræsentat personam defuncti, & non hæredes futuri.

¶ Et hæreditas dicitur ¶ antequam adita sit per hæredem: & adita hæreditate, amplius non dicitur hæreditas, vt not. per gl. in l. j. §. veteres. in glo. mag. §. de acqui. poss. in l. per hæreditarium. §. de acqui. rer. do. in l. hæres per seruum. de acqui. hære. in l. eius qui. in verbo, hæreditati. §. si cert. pet. & not. Bar. in l. iij. in prin. ad fi. §. de bono. pos. vbi inquit, quod postea quàm adita est hæreditas confunditur cum patrimonio hæredis. I. sed si plures. §. si filio. §. de vulg. & pupil. & vbiunque post aditionem appellatur hæreditas, est impropria loquutio. vnde in tit. de pet. hæredum dicimus petere hæreditatem, intelligitur nos declarari esse hæredes. I. licet minimè. §. de pet. hære. & idem Bar. dicit in rub. §. de acqui. hære. & in d. l. eius. si cert. peta.

¶ Et ista conclusio intelligitur post aditam hæreditatem, & apprehensam possessionem: secus videtur ante adeptam possessionem: ¶ quia sola aditio non facit quominus etiam hæreditas dicatur: vt no. Aret. dicit rubr. §. de acquiren. hære. vbi ad hoc alleg. Bart. singulariter in l. si. §. de fideicommiss. hære. pet. vbi Bar. sequitur gl. in l. j. eo. tit. in verbo, hæreditas. quæ dicit, quod solum hæredi vel fideicommissario datur petitiō hæreditatis antequam sit consecutus possessionem bonorum hæreditatis. Sed post acquisitam possessionem si desinat possidere, habet rei vendicationem, & non petitionem hæreditatis. & Barto. rationem adducit: quia postquam hæres adeptus est possessionem, desinunt esse res hæreditariæ: vt supra dictum est. & sic Barto. videtur hoc intelligere post acquisitam possessionem, vt ista ratio conueniat quaestioni: & dictum glossa. & Bart. tenet Alexander in consilio lxxxix. viso puncto. in princip.

princ. lib. ij. & in consil. xciiij. in causa & lite. in ij. col. lib. 4 ij. ex quo infero ubi concludit, † quod petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum non datur hæredi qui semel apprehendisset possessionem, per illam rationem: quia per apprehensionem desinunt esse res hæreditariae, & ideo glo. not. in c. j. de confes. in vj. in gloss. mag. circa si instruit agentem petitio hæreditatis, vel interdicto quorum bonorum, quod non dicat se possedisse post mortem defuncti: quia illa remedia non competere post acquisitam possessionem. & idem sequitur Anto. de bur. in consil. lxxij. viso libello. in principi. ubi refert rationem Bar. & sequitur. Et sic conclusio prædictorum videtur, quod hæreditas dicatur, & res hæreditariae dicantur ante possessionem acquisitam: & sic per aditionem sola non deficit esse hæreditas.

¶ Et hoc confirmatur secundum Aret. in d. rub. de acqui. hæred. quia licet per aditionem dominium rerum hæreditatis unum sit cum patrimonio hæredis. d. l. sed & si plures. §. filio. de vulg. & pup. quia tamen adhuc non est facta incorporatio, retinet nomen hæreditatis: sicut in simili videmus in fisco cui licet bona vacatia ipso iure acquiratur. l. j. §. an bona. §. de iur. fis. tamē ante incorporationē non censetur eodē iure cum aliis bonis incorporatis: vt no. Bar. in l. in omnibus. §. de diuer. & tēp. præscrip. ¶ Contrarium tamē expresse tenet Pau. de Cast. in d. l. j. §. de fideicom. hæred. pet. dum inquit, quod ratio Bart. nō est bona: quia illud quod ipse dicit, † quod per apprehensionem possessionis desinat esse hæreditas, etiam habeat locum ante adeptam possessionem: quia per solam aditionem videntur res desinere esse hæreditariae, & pariter A desinit esse hæreditas. & hoc verius videtur: quia per aditionem dominium & omnia iura transeunt in hæredem. l. cum hæredes. in princ. §. de acqui. poss. & ideo statim desinit esse hæreditas: quia bona sunt hæredis qui admit. Et non obstat simile de fisco: quia dato quod plus iuris habeat fiscus & etiam hæres in bonis incorporatis & apprehensis ratione possessionis: hoc non tollit quin desinat hæreditas esse per aditionem, ex quo dominium transfertur in hæredem, vt dictum est.

¶ Et retenta ista conclusione, quod post aditionem non dicatur esse hæreditas, consului ultra montes Valcūtia in Delphinatu, † quod renuntiatio quam fecit filia patris de hæred

**A** Hæreditas  
Hanc opi. tenet  
Ias. in rubr. de  
acq. hæred. ij. col.  
versic. tu dic q  
imo & c. & in l.  
j. §. veteres. de  
acq. pos. col. x.  
ver. circa cōclu  
sionē & c. & in  
lxij. colū. ponit  
qō. d. Phil. Dec.  
licet loquat in  
statuto: & dicit  
hanc esse cōem  
opin. & in xij.  
col. ponit qō. de  
muliere prohibi  
bita nubere ex  
tra ciuitatē cū  
hæreditate, p  
ut est Mediolani  
: an postquā  
est adita hære  
ditas, si cōtra  
hat perdat hæ  
redit. & q. here  
ditas post adi  
tionē nō dicat  
ppriē hæredi  
tas tenet Florē.  
in l. veniūt. ff. fa  
creisc. & Ias. in  
Leius. §. quod si  
stipularus. si cer  
tum pet. & per  
eunde do. Phil.  
in cōs. lxx. col.  
ij. visis duobus,  
H. C.



**A** Fratris. Visse magis late eundem d. Phil. in reg. quoties duplici iure. in versic. vterius. vbi magis late eam examinat. J. eod.

hæreditate patris, non excludebat illam ab hæreditate eius fratris, quia mortuus erat adita hæreditate patris, quia post talem aditionem non dicitur hæreditas patris, sed fratris a, per supradicta. Et in terminis de renūciatione consuluit Ang. consi. liij. do. Gillius. colū. ij. & sequitur Alex. vbi alia similia inducit in l. j. §. veteres. §. de acquir. pos. col. ix. ver. expressius. Ang. & idem in terminis de renūciatione tenet Pau. de Cast. in l. Paulus. §. j. de acquir. hære. vbi dicit Old. ita consuluisse: & sequitur ibi Ares. per tex. in l. qui filij. §. de iis quib. vt indig. & idem Ares. in consi. cxj. in præsentī consulta. & idem Rom. in consi. cxlvij. circa primum. Bene. Capra. in consil. xij. & si viso. & Cor. Perus. in consi. cccv. in hac consultatione. lib. iij.

### In l. Qui sine dolo. Argumenta.

- 1 Culpa lata est dolo æquiparanda.
- 2 Moram incurere non dicitur, qui litigandi causam iustam habere inuenitur.

#### REGVLA LXIII.

**Q**VI sine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.

¶ IBI, sine dolo malo. subaudi: vel lata culpa. vt not. per gl. & Bart. in l. quod te. col. iij. in verbo. venio ad vltimū. §. si cer. pe. & ad hoc facit: ¶ quia lata culpa dolo æquatur. l. q. Nerua. §. de pos. l. j. §. j. §. si mēl. fal. mod. dir. ¶ In tex. ibi, non videtur dolo facere. & sic non est in mora. exēplū ponitur per gl. in l. si quis solutioni. §. de vsur. ad idē tex. in l. sciēdū. co. tit. & in l. iij. §. si quis paratus. ff. quod vi aut clā. ¶ Et hoc intelligitur quādo iustam habet causam litigādi, vt probatur in iuribus præallega. Secus si nō habet iustā causam, quia tūc p̄ interpellationē in mora cōstituit: vt no. Bar. in d. l. quod te. & est tex. qui ita intelligitur in l. nemo. §. j. §. de ver. obl. dū ibi dicitur morā cōmitti ab eo qui voluit litigare. & no. Bar. in l. si seruū. §. nūc videamus. in l. qui Roma. §. Scia. de ver. obl. ¶ Secundo regula intelligitur antequam mora sit commissā. Sed post moram commissā mora non purgatur: licet quis velit ad iudicium prouocare. l. si. §. de condit. furt. vbi Paul. de Cast. ita concludit.

### In l. Ea quæ raro. Argumenta.

- 1 Leges ad ea quæ vt plurimum accidunt, applicari solent.
- 2 Leges etiam sunt de his, quæ naturaliter contingunt.

iure

- 3 Iure speciali quod cōceditur, in consideratione esse non solet.  
 4 Matrimonium inter prohibitos valet, sub conditione, si Papa dispensabit.  
 5 Ratio eius nulla habetur; quod à principis volūtate sola pendere noscitur.

## REGVLA LXIIII.

**E**A QV AE raro accidunt, non temere agendis  
 Negotijs computantur.

- 1 ¶ NOTO ¶ q̄ de his quæ raro accidunt, regulariter nulla ratio habetur apud legislatorem. Ad idem tex. in l. nam ad ea. §. de leg. cum simi. vt per glos. in c. per literas. de despons. imp. Nam rarum & nunquam aequiparatur. c. coram. de offi. deleg. Et quod raro cōtingit, miraculum est: vt dicit tex. in auth. de consulib. col. iij. collat. iij.

¶ Et quod raro fit, sicut etiam vetus sapientia docet, non obseruant legistatores. Sed quod fit plerunq; & respiciūt & medentur: vt inquit tex. in auth. vt sine prohibi. ma. §. quia verò multum. col. vj. & in l. antiqui. §. si pars har. peta. Et ideo casus insolitus qui raro cōtingit de mille annis semel, vt Bar. dicit in l. Seio. §. medico. per illū tex. de ann. leg. non est in consideratione. & idem Bar. in l. fistulas. §. ferramenta. §. de contrahen. emp. cum simi.

- ¶ Et regula ista videtur procedere in his quæ raro accidunt & habent in se miraculū: vt §. dictū est. ¶ Secus est si naturaliter cōtingat: quia à l. recipiūt. l. si maior quinquagenaria. C. de leg. har. vbi filius qui nascitur ex maiore quinquagenaria, legitimus dicitur, licet raro illud cōtingat: & omnia alia quæ raro cōtingūt, sunt sub lege. & regula cōmuni, nisi exprimantur, vt Christophorus Porcus dicit in §. insulam. per illum tex. in l. ij. de rerum diuis.

- 3 ¶ Et ad prædicta etiā consonat regula quæ dicitur q̄ illud quod de iure speciali cōceditur, nõ debet cōsiderari. l. iij. §. j. vbi Bal. §. de fideicom. lib. & no. Bar. in l. ij. col. v. vers. sed circa hoc dubitat. §. de vul. in l. fi. col. ij. C. de sent. passis. & in l. quādū. la. j. de acqui. har. eū sim. Et hoc intelligitur nisi de illo iure speciali expressè dictū sit, quia tūc attenditur. l. quidā relegatus. de reb. dubiis. vbi valet legatum si restitutio impetret à principe. Et ideo valet institutio de filio spurio sub cōditione, si legitimetur à principe: vt no. Bal. in l. j. in vj. quæst. C. de instit. & substit.

- 4 ¶ Et hoc videtur q̄ quod valeat matrimonium inter prohibitos sub conditione, si Papa dispensabit. de quo Ab.

A Papa istam opin. tenet ibi Anton. & Gal. pater Trappo, qui tate ea dispensat licet requirit cogitandum, contra tamen tenent Innoc. & Abb. & Carthus. in. & Calm. consil. j. sub tit. de despons. sal. & do. Aret. in consil. extj. incip. ex facto proponitur. & c. col. iij. vers. sed est aduertendum. eā etiā tenet idē Aret. quam dicit cōmuni in l. apud Iulij. §. constat. col. v. in §. vers. & ad materiam de leg. vbi las. videtur inclinare in a. liam partem. de qua etiam vide Anchar. in ca. ex publico. de conuer. coniu. Hier. Chuc.

post alios in c. super eo. de condit. appo.

¶ Secundo, quod dictū est non considerari quod de iure speciali conceditur: verum est antequam actus sequatur, secus est eueniente postea illo casu speciali qui admittitur. l. non quocunque. §. si ex bonis. de leg. j. cum simi. vt tradunt Moder. in l. j. colum. viij. de vulg. & pupil. & facit quod s. dictum est per l. si maior quinquagenaria. C. de leg. hære. ibi, eueniente casu quod raro contingit.

¶ Similiter etiam ad supradicta dicimus, quod non attenditur quod pendet à voluntate solius principis: quia impossibile illud reputatur. l. apud Iulian. §. constar. a. de legat. j. not. Barto. in l. si quis sub conditione. colum. ij. de test. tut. & in l. continuus. §. cum quis. de verbor. obligat. & hoc intelligitur nisi consueta sunt concedi. vt notat Alexand. post alios quos refert in d. §. constar. per illum textum ibi: distrahī non soleant. cum similib. vt per eum ibi & Modern. & latius tractat Socin. in dicta l. quidam relegatus. colum. iij.

### In l. Ea est natura. Argumenta.

- 1 Cauillatio quæ, veluti superuacua, à iure reprobetur.
- 2 Cauillatio quandoque tolerari potest.
- 3 Aduocatus iustam causam fouens, cum malitia licitè aduersarium conuincit.
- 4 Testes de falso suspecti, sollicitè sunt examinandi.
- 5 Testis suspectus etiam de circumstantijs interrogari debet.
- 6 Iudex inuestigandæ veritatis gratia cauillationibus vti potest.
- 7 Iudex delinquenti impunitatem promittere potest.
- 8 Priuato etiam fides seruari debet.

### REGVLA LXV.

**E**A EST natura cauillationis, quam Græci *σὸφισμα* appellant, ut ab euidenter ueris per breuissimas mutationes, disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt perducatur.

¶ HÆC regula declaratur vt dictum fuit s̄. in regul. non debet. s̄. eo. tit. & aliquid etiam dictum fuit in reg. non potest videri improbus. s̄. eo. u. ¶ Et regula ista primo videtur procedere de proprietate sermōnis, dum dicit: semper inest. & ad idem tex. in l. j. §. si stipulanti. de verb. oblig. ibi: in viginti decem inesse. & in l. qui quartā. in princ. de lega. j. in l. qui concubinam. §. cum ita. de leg. iij. in l. si qui cum totum. in princ. de excep. rei iud. verbum enim ¶ inest denotat proprietatem & essentiam: vt not. Barto. in l. si maritus. la. ij. §. legis. ff. de adult. in l. mercis. de verbo. sig. & ad hoc facit tex. in l. iij. si plusquā. s̄. de statu lib. vbi conditio dandi decem, impleri dicitur dando viginti: ergo videtur de proprietate sermōnis: quia conditio debet impleri in forma specifica. l. Mæuius. l. q. hēredi. in prin. de condi. & demon. Et videmus in stipulatione quæ est strictè interpretanda. l. quicquid astringendæ. de verb. obl. & tamen in maiori summa minor continetur. d. §. si stipulanti. Et idem in sententia. in d. l. si quis cum totum. & sententia etiam strictè est interpretatur: vt not. in l. j. C. si plures vna senten. & ita tenēt Aret. & Mod. in d. l. j. §. si stipulati.

¶ Et ista conclusio verissima videtur cōsiderando ¶ quod illud minus veniat ad integrandum illud quod plus est: quia in toto pars continetur. reg. in toto. j. eo. Secus videtur si pars separata sit à toto: quia tunc non videtur propriè contineri. vnde qui petit centum, non videtur petere quinquaginta separatim. & formaliter: vt not. Barto. in l. scire debemus. in fi. prin. de verb. oblig. dum concludit, quod si promissisti centum, non possum petere quinquaginta tanquam promissa: quia illa pars de quinquaginta promissa nō fuit, licet sub generalitate includatur: vnde quinquaginta petuntur tanquam debita, sed non vt promissa. & dixi s̄. in regul. non potest videri improbus. & facit gloss. in l. j. in versic. inter. s̄. de ferui. vrb. præli. quæ dicit declarando tex. ibi qui dicit, qui actum habet, iter habet: quod verum est quantum ad commoditatem, sed non

quòd sit seruitus: & sic iter in actu continetur ad integrandum actum, & non vt species seruitutis, prout de se separatim iter consideratur.

¶ Et secundum istud dictum Barto. esset dicendum, ¶ quòd ille qui pro 3 mittit viginti, non dicatur promittere decem separatim: cuius tamen contrarium probatur in d. §. si stipulanti. vbi si stipulanti decem respòsum sit de viginti, vel e contra valet stipulatio in decem: ergo illa minor summa etiam separatim videtur promissa. & facit text. in l. inter stipulantem. §. si stipulante. de verb. oblig. vbi dicitur, quòd semper in summis id quod minus est videtur sponderi.

¶ Sed pro defensione Bar. considerandum est, ¶ quòd ipse loquitur quãdo in maiori summa actus valet, quia promissa fuerunt centum: & tali casu bene dicit, quia quinquaginta non fuerunt promissa, sed includuntur ad integrandum summam & centum quæ debentur. Secus quando actus in maiori summa non valet, prout loquitur tex. in d. §. si stipulanti. & in d. l. inter stipulantem. §. si stipulante. quia tunc ne actus sit inutilis conseruatur in minori summa, ex quo non potest valere in maiori summa, prout agebatur: & sic actus in minori summa ex quo non potest valere in maiori summa conseruatur ex illa æquitate: quia in dubio interpretatio debet fieri vt actus valeat. l. quoties. de verb. oblig.

¶ Ex quo inferri videtur, quòd de proprietate sermonis in §. si stipulanti in maiori summa minor non continetur, quando minor separata est à maiori, per rationem Bart.

¶ Sed ex æquitate & per interpretationem iuris ex quo actus in maiori summa non valet, in minori summa conseruatur. & tex. in d. §. si stipulanti. nihil facit: quia ibi summa maior erat separata à minori, & distincta: quia stipulatus fuit decem vel viginti, merito valet in decem: quia interrogatio & responsio facta fuit de decem: aliud est vbi agitur de vna summa, in qua dicendum est, vt §. dixi.

¶ Secundo, regula limitatur nõ procedere quando constaret quòd ille qui loquitur in maiori summa, vel in eo quod plus est, nõ cõsenteat in minori. ita dicit Aret. in d. §. si stipulanti. per gloss. ibi, in ver. non erit & ad hoc alleg. text. in l. si ita stipulatus fuero hanc summam. de verb. oblig. ad idem text. in l. cum in testamento. de verb. signi. ¶ vbi hares grauatus exponere centum in funere, non potest minus exponere. & idem no. Pau. de Cast. in d. §. si stipulanti. vbi propter hoc reprobat gl. si quæ est, in c. j. de arbit. in vj. & idem Alex. & Aret. in d. §. si stipulanti.

¶ Et hoc procedit etiã si tacite cõstaret de mente partiũ. ex plũ colligitur in l. ex facto. §. j. ff. de vulg. & pupil. ¶ vbi quando est facta dispositio specialis de minoribus in maiori minor numerus nõ includit vt no. ibi Albe. Bal. Imo. & Doct. quòd qui cõsentit in maiori. nõ semper cõsentit in minori: quia in minori est facta specialis pũsio: ideo expressum facit cessare tacitũ. l. cũ filio. §. filio. §. de vulg. & pup. & tex. in d. l. ex facto. §. j. indu

Inducit Dom. in d. c. j. de arbi. in vj. & ille text. procedit qñ fuit factus. nisi  
 factio de maiori summa & minori ab eodē fonte. put loquitur  
 factio. §. j. fecit si à diuersis: qñ tñc species nō derogat generi: vnde  
 dicit in cōs. clxxix. v. sō. p. c. s. in fi. li. v. de quo dixi s. in reg. in toto. s. c.

¶ Tertio regula procedit prout loquitur in oratione affirmatiua: scilicet  
 est in negatiua: quia non sequitur. non habeo centū, ergo non habeo vi-  
 ginti: vt patet ad sensum. & ita dicunt Bar. & Doct. in d. §. si stipulanti

¶ Sed obstare videtur. ¶ quia negatiua potentius negat quā affirmati-  
 ua affirmet: vt not. per glo. & Doct. in c. cum dilectus. de consue. mor. in  
 l. hoc genus. de condi. & demon.

¶ Si ergo minor summa cōtinetur in maiori affirmatiuē, a fortiori  
 videtur in negatiua. Pau. de Cast. videt in d. §. si stipulanti. qñ argumen-  
 tum procedit respectu temporum vel casuum: & non in summa. in qua  
 alia ratio videtur: & hoc declarari potest, qñ in oratione affirmatiua mi-  
 nor summa continetur: quia hoc tendit & ordinatur ad constituendum  
 maiorem summam: non sic videtur in negatiua. quia quod minor non  
 contineatur, hoc ad orationem negatiuam maioris summae nihil facit.

¶ Quarto regula fallit in casu l. si decem. ff. locat. in cuius intellectu Doct.  
 laborat: sed vera videtur solutio Bal. in l. diem proferre. §. si plures. vbi  
 dicit. qñ regula intelligitur quādo maior summa absolute profertur: se-  
 cus si respectu alicuius corporis. d. l. si decem. vbi dicitur de maiori sum-  
 ma respectu rei locatae. & idem Bald. in l. si. in prin. C. de sen. quæ sine. &  
 sequitur Alex. in consi. lxxiiij. v. s. a consultatione. col. pe. lib. ij. & hoc con-  
 probari potest, vt dicamus qñ in d. l. si decem. locator qui dixit de maio-  
 ri summa, nō videtur cōsentire in minori. prout natura rei de qua agi-  
 tur satis ostendit. per ea quæ superius dicta sunt. & ad hoc facit text. in l.

¶ diligenter. in prin. in ver. item si mandauero. ff. mand. vbi ¶ qui mandat  
 qñ domus vel fundus vendatur centum, non videtur in minori quantita-  
 te consentire. Non obst. tex. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. in  
 c. j. de arbi. in vj. vbi arbiter qui iudicat de maiori summa, videtur con-  
 sentire in minori. Sed dic illud esse ex interpretatione legis, vt finis li-  
 tibus imponatur: sed ille qui dicit de maiori, non videtur in minori tā-  
 tum cōsentire: sed cōsentit in minori ad integrandū maiore summam.

¶ Quinto fallit in fideiussores qui in maiori summa si obligatur pro  
 principali, etiā in minori summa in qua erat obligatus principalis non  
 tenetur. l. Græc. §. illud. ff. de fideius. ibi: si fuerint in duriorem causam  
 adhiberi, placuit eos omnimodo non obligari: id est nullo modo obli-  
 gantur, ¶ quia negatiua postposita signo vniuersali æquipollet suo cōtra-  
 rio: vt not. Bart. in l. legitimos. §. in legitimis. ff. de legit. tu. in l. obligari.  
 in prin. ff. de auto. tu. & no. Bar. post gl. in d. §. illud. & not. per gl. in d. §.  
 fideiussores. in gl. j. insti. de fideius. & hoc intelligit nū iuramentū inter-  
 ponat: qñ facit valere actū eo modo quo pōt. l. cum pater. §. fili. in attr.

vbi

vbi Bar. de leg. ij. & no. Bar. in l. si quis pro eo. col. si. vers. viij. prohibetur. ff. de fideiuss. & tradit Alex. <sup>a</sup> in consilio xxxij. in causa executionis. lib. j. in fin.

¶ Et etiam absque iuramento videtur quod de iure valet obligatio fideiussoris in minori summa in qua erat obligatus principalis: quia hoc est in constituto: vt est text. in l. actenus. in fin. ff. de constitu. pecu. Non obstat quod loquatur in constituto: vt dicit Bar. in d. §. illud. quia non videtur quod ratio diuersitatis assignari possit. & ad hoc facit tex. in d. §. illud. vbi generaliter dicitur, quod in omnibus qui pro aliis obligantur, si in duriolem causam adhibiti sunt, placuit eos omnimodo non obligari: nam si illud dictum negatiuum intelligeretur generaliter etiam

respectu minoris summe in qua obligatus erat principalis, hoc non esset verum in omnibus qui pro aliis obligantur, prout text. ibi dicit: quia in constituto hoc non esset. d. l. actenus. §. fin. vt ergo illud dictum negatiuum verificetur in omnibus qui pro aliis obligantur, prout text. vniuersaliter loquitur, est necessarium dicere, quod illud dictum negatiuum intelligatur & referatur ad duriolem causam, ita quod in illa duriori causa in qua principalis non est obligatus, nullo modo fideiussor obligetur: sed per hoc negatur quin obligetur in minori summa in qua erat obligatus principalis, & hoc etiam suadet per rationem Iuriconsulti ibi, qui considerat causam duriolem: vnde quatenus agitur de causa duriori, illud dictum intelligitur: quia dictum à ratione debet regulari. l. adigere. §. quamuis. de iure patron. Sed cum durior causa cesset in minori summa pro qua principalis tenetur, in illa minori summa videtur fideiussor obligari. & ita videtur de iure. licet Doct. aliter dicant.

¶ Sexto fallit in casu. c. cui de nō sacerdotali. §. si. de prebē. in vj. ¶ si mandatur prouideri alicui de prebēda certi valoris, de prebēda minoris valoris etiam illo volente prouideri nō potest: quia mandatum debet diligenter obseruari, & nō habet locū nisi in casibus expressis. & per illū tex. dictū fuit in reg. nō debet. s. eo. ¶ q. in mandatis non valet argumentum de maiori ad minus: & pariter nō valet argumētū de maiori quātitate ad minorē valorem beneficij, per rationē quæ ibi assignatur: quia mandatū debet diligenter obseruari. & facit tex. in c. fin. de verb. sig. & in l. si pupillorū. §. si prator. ff. de rebus eorum. vbi mandatū pratoris ad vendendū, non habet locū in obligatiōe quæ minoris est praiudicij: & hoc videtur pcedere in mādato superioris, prout iura s. allegata loquuntur. Secus videtur in mādato priuati: quia illud impleri potest in equipollenti. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acqu. hered. in l. fin. §. si. ff. mand. in prin. & in l. si ultra. C. de fideiussor. & loquuntur ista iura inter priuatos. Secus videtur in mandatis superiorum: per supradicta. Sed tamen ista differētia non

- 15 non videtur habere rationem diuersitatis: ¶ quia mandatum ita in superioribus sicut in priuatis regulatur à voluntate mandantis: vnde in quolibet mandato debet perscrutari voluntas eius qui mandauit: & ideo in d.c.cui de non sacerdotali. considerandum est, quia ibi voluit papa providere alicui specialiter de beneficio certi valoris, & in minori valore non esset illi prouifum, prout papa cogitauit, & facit quod not. Petr. de Anchar. in d.c.cui.
- 16 ¶ Septimo fallit ¶ in testibus deponentibus super valore rei: quia dixit de maiori summa, non videtur in minori consentire: vt not. doctor. post Io. And. in c. de arbit. in vj. col. j. ver. sed quid si actor. in si. cum sim. vt tradit Alex. in l. j. in §. si stipulanti. de verb. oblig. in l. qui quartam. de leg. j. & in l. inter pares. de re iud. & latè Alex. in consi. lxxij. visà consultatione. lib. ij. & Aret. in consi. lxxv. in præfenti consultatione.

### In §. Nemo alienæ rei. Argumenta.

- 1 Satisfactio quid sit.
- 2 Defensor etiam immobilia possidens, satisfacere tenetur.
- 3 Defensor alterius, quando admittatur sine satisfactione.

**NEMO alienæ rei expromissor idoneus uidetur, nisi cum satisfactione.**

ET ista est regula antiquorum: vt not. glo. per illum tex. in §. ij. versicu. quia nemo. inst. de satisfd. ad idem tex. in l. qui proprio. §. qui alium. §. de procura. facit text. in l. rectè defendi. §. de iud. in l. hæc autem. §. rectè defendi. ex quib. causis in possess. eatur. l. item ait prator. in fin. §. ex quib. cau. maio. j. cod. l. qui rem.

¶ Et ista regula procedit etiam si sit filius qui velit patrem defendere. l. filiusfamiliæ. §. eodem.

- 1 ¶ Et satisfactio dicitur, quando quis facit aliquem securum datis fiduciarioribus. l. j. in fin. §. qui satisfd. cog. idem econtra si pater filiam defendat. l. & ideo. §. si filiusfamiliæ. §. rerum anor.
- ¶ Secundo ampliatur etiam in procuratore qui haberet mandatum. l. si ad defendendum. §. iudic. sol. & in l. j. C. de satisfdan.
- 2 ¶ Tertio ampliatur etiam si defensor possideret immobilia: quia tamen tenetur satisfacere, vt not. Bart. in l. sciendum. §. tutores. §. qui satisfd. cog. Et etiam si locupletissimus sit defensor, satisfacere tenetur. l. minor. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. §. de procur. & hoc videtur procedere, quia lex ita procedit disponendo: aliter lectus videtur, per ea quæ tradit Alex. & Modan. l. j. ff. qui satisfd. cog. & in l. qui rem. j. cod.
- 3 ¶ Et regula ista secundum gl. limitatur, nisi quis susciperet defensionem alterius allegando causas absentia: quia tunc admittitur sine satisfactione: vt gl. hic dicit: quæ est sing. secundum Paul. de Cast. in d. l. filiusfamiliæ. post gl. ibi: & Bart. etiam illam sequitur in l. si verò. §. de viro. in si. §. iol. matr.



mat. & no. Bar. in l. pen. §. ad crimen. col. pen. de pub. iudic. cum simil. vt tradit Alexā. in l. filiusfamilias. in princ. Et hoc procedit in causa criminali, vbi agitur de vtilitate publica. vt not. Bar. in l. vbi pactum. col. pen. C. de transact. & in l. seruum quoque. in §. publicè. col. si. de procu. & ibi rationem efficacem adducit: quia cum iudex debeat suscipere defensionem pro innocentia absentis. l. si non defendantur. §. de pœnis. & in d. §. publicè. pariter videtur quod quilibet alius defensor pro innocentia absentis possit comparere & debeat admitti: vt no. Inno. in c. veniens. de accus. & not. Ant. de But. in c. cum parati. de app.

¶ Et secundum istam conclusionem late fuit consultum per do. Anton. Rosel. in consil. inserto inter consilia Bartho. Vero. in consil. xlvj. quidam d. Zacharias. cum consiliis quampluribus successiue ibi sequentibus. & idem dicitur in consil. lxxij. primum dubium. in princ. inter dicta consilia Bartho. Veron. & idem dicit Corn. pluries se consuluisse in consil. cccij. pro decisione. in princ. lib. j. & ita reperitur in consil. xvij. licet moris sit. lib. iij. & in consil. cclxxij. visa inquisitione. eo. lib. iij. & hoc procedit in causa criminali, & in satisfactione, & iudicatio soluendo, prout loquitur gloss. hic. & doct. in locis præalleg. secus in causa ciuili secundum Paul. de Castr. in d. l. filiusfamilias. & ita finaliter Alexan. ibi residet. Et de isto executore quomodo admittatur, not. Bar. in tract. ad reprimen. in verb. neglexerit. & in l. quaesitum. de iud. cum simil. vt tradit ibi Alex. Et alias limitationes ad istam regulam tradunt Ang. Alex. & Mod. in d. l. filiusfamilias. & Mod. in l. exigendi. in princ. C. de procur.

### In §. Pupillus. Argumenta.

- 1 Pupillus quando per patientiam non obligetur.
- 2 Furiosus consentire non potest.
- 3 Pupillus agere potest ratione iniuriæ sibi illatæ.
- 4 Pupillus quantum ad primum decretum pati dicitur.

#### PUPILLVS pati posse non intelligitur.

¶ NAM in casibus f. in quibus patientia inducit consensum, & patientibus infertur præiudicium: vt in l. decreto. de aqua plu. arcē. cum si. alleg. in gloss. in illis casibus non obligatur pupillus vt hic dicitur. adde textum in l. qui ad certum. supra locati. vbi ex patientia contractus locationis renouatur: quia ex patientia tacitus consensus arguitur: f. & hoc non habet locum in furioso qui consentire non potest, vt ibi dicitur: & pariter nec in pupillo qui non potest consentire: quia per patientiam non videtur consentire qui consentire non potest: vt dicit text. in l. si tibi. §. vnus. de opt. legat. & ideo pupillus præsens pro absente habetur. l. si pupillus. ex quib. cau. in possess. ea. vnde cum pupillus non possit contrahere societatem expressè. l. & in conditionibus. ff. pro socio. pariter nec tacitè contracta videtur: vt not. Angel. in consil. lx. morte dicti filij. in princip. not. Bartolus in l. Titium & Mauium. §. altero. de admitt. str.

ent.col.ij.in l.fi patruis.col.fi.C.commu.vtriusque iud.de quo dixi in cōsi.xxj.Rom.cōsi.cccxij.quo ad primum. in vj.dub.And.Sicu.in consil.xxxj.col.ij.lib.j.

¶ Et regula intelligitur quantum ad hoc vt pupillus non obligetur: ¶ sed respectu iniuriæ quæ sibi inferatur, pupillus pati dicitur, vt agere possit actione iniuriarum. l. il lud. 3. de inur. alleg. in glo. vbi dicitur, quod pupillus dicitur pati iniuriam, licet illam facere non possit. Et prædicta habent locum nisi pupillus a sit proximus pubertati: quia tunc obligatur ratione furti, & iniuriæ. l. pupillum. j. eod. de quo ibi videbinus.

¶ Ultimo ¶ etiam pupillus dicitur pati quantum ad primum decretum quod contra ipsum interponitur si non defendatur. in l. apud Iulianū. §. si. 3. ex quib. cau. in poss. ea. in l. si pupillus. de priuil. cred. de quo Roma. in consil. cccclij. in re præsent. no. Bar. in l. j. §. sufficit. 3. de admittuto. circa fin.

In §. Vbi verba. Argumenta.

- 1 Alternatiua ad sui veritatē requirit alterutrā partē esse verā,
- 2 Copulatiua vtrunque copulatum requirit esse verum.
- 3 Verba si nec cōiuncta sunt, nec disiuncta, quær sint accipiēda.
- 4 Punctum loco copulæ habetur in oratione soluta.

VBI uerba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum.

¶ Ad declarationem tres cōclusiones firmari possunt.

1 ¶ Prima, ¶ quod in alternatiua b sufficit alteram partem esse veram: vt in regul. in alternatiuis. de reg. iu. cum si. vt dixi in c. inter ceteras. de rescrip. in iij. not.

2 ¶ Secunda conclusio, ¶ qd ad verificationem copulæ requiritur concursus copulatum. l. si hæredi plures. de cond. inst. cum sim. vt dixi in c. ij. col. iij. de rescrip.

3 ¶ Tertia cōclusio videtur secundum regulam hic, ¶ quod vbi verba non sunt cōiuncta nec disiuncta, ex mēte pronuntiantis vel disiuncta vel coniuncta accipiuntur: vt dicitur in l. alienationis verbum. §. si. de verb. sign. & si de mente pronuntiantis non apparet, sufficit alterum fieri, vt hic dicitur. Et ad hoc facit quia in obscuris, quod minimum est, inspicitur. 3. eod. l. semper. & not. per gloss. hic.

¶ Contrarium tenet glo. in l. alienationis. præalleg. §. si quæ dicit, qd in dubio coniuncta præsumitur. per l. tripli. c. i. §. videamus. de verb. sign. vbi probatur, qd ¶ in oratione soluta punctus est loco copulæ, c not. per gloss. in l. pretiarum.

A Pupillus. ad de eundē & que ibi posui in apostil. in l. ferē in omnibus. 3. eod.

*[Faint marginal notes in a smaller script, likely a commentary or glosses on the main text.]*

rerum. ad leg. Falci. cum si. vt tradit Alex. col. ij. in l. placet. in fi. C. de sac. fan. ecc. Imo. in l. cum testamēto. §. hæc verba. in fi. §. de hæc. inst. in l. si ita quis. post Ang. eod. tit. ¶ Sed potest responderi q̄ ibi in d. §. videamus. cōstabat de mente propter subiectam materiam. & aliter respon det Dy. in reg. in alternatiuis. in fi. eo. ti. in vj. & not. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. in vij. de ver. obli. & in l. re coniuncti. in iij. opp. de leg. iij.

### In §. Mulieribus. Argumenta.

- 1 Mulieribus quando subueniendum.
- 2 Deceptis subuenitur, non autem decipientibus. & nu. 3.

**M**ULIERIBVS tunc succurrendū est, cum defraudantur: non t̄ ut facilius calumnientur. 1

¶ AD idem tex. in l. ij. §. verba itaq; ad Velleia. alle. in gl. ibi, t̄ mulieribus deceptis, nō decipientibus iura optulantur. Adde tex. in l. si sine. in l. fœminis. C. ad Velleia. in l. si decipiendi. §. ad Velleia. facit tex. in l. si in alterius. C. si ni. se ma. di. & in l. si probaueris. C. si res alie. pig. da. fit. t̄ Et generaliter dicitur q̄ deceptis, & non decipientibus iura subueniant. c. cum vniuersorū. de rer. permu. in c. inter dilectos. de don. no. Ang. in consi. clx. domina Catharina. col. pe. & quod no. Fulg. in consi. lxx. domina Catharina. col. fi. Alex. in consi. clxx. viso processu. col. pe. in ver. plus dico. lib. iij. Et facit quod no. Guli. de Cun. in l. qui iurasse. in prin. §. de iureiu. limitando illum tex. cum si. vt tradit ibi Alex. Et limita d. l. si in alterius. vt per Ro. in cōsi. xj. viso facto. col. fi. ver. respōdendū est breuiter.

### In l. Pupillum. Argumenta.

- 1 Pupillus quando dicatur pubertati proximus.
- 2 Doli capaces qui præsumantur.
- 3 Pupillus pubertati proximus pro furto & iniurijs tenetur.
- 4 Pubertati proximus ex delicto & iuramento obligatur.
- 5 Pubertati proximus ne ad pias quidē causas testari potest.
- 6 Testari potest pubertati proximus, si statuto inducatur.

### REGVLA CXI.

**P**UPILLVM qui proxima sit pubertati, capax esse & furandi & iniuriæ faciendæ.

¶ VIDENDVM est de duobus. Primo quando dicatur pupillus proximus pubertati. Secundo, in quibus casibus ex delicto teneatur.

¶ Circa primū dicit gl. hic, t̄ q̄ mascul<sup>9</sup> à x. anno cū dimi  
dio

**A** dio supra dicitur proximus a pubertati: in foeminis, in  
**B** nono b cum dimidio: vt etiam not. per glo. instit. de in-  
 uri. stipu. in §. pupillus. in versic. proximus. & in l. j. s. de  
 noua. in glo. fi. & Bar. ibi sequitur, & ita communiter te-  
 netur, vt dicit Ange. Aret. in d. §. pupillus. idem glo. in §.  
 in summa. in versic. proximus. & ibi Aret. instit. de oblig.  
 quae ex delict. & Bald. idem tenet in l. si quis in tantam.  
 col. ij. C. vnde vi. Non omitto tamen quod Salic. in l. im-  
 punitas. C. de poenis. declarado dicit verum esse quod di-  
 citur de proximo pubertati habito respectu ad infantiam:  
 quia minus distat a pubertate, quam ab infantia. Sed per  
 hoc non inferitur quod sit doli capax: & ideo secundum  
 eum, cum non sit hoc determinatum a iure, arbitrio iu-  
 dicis committitur. l. j. ff. de iur. delib. & idem Ant. de But.  
 in c. attestaciones. de desponsa. impube. Abb. refert in c.  
**2** continebatur. de desponsa. impub. ¶ Et doli capaces sunt  
 qui sunt prope pubertatem: vt dicit text. in l. apud Cel-  
 sum. §. si quis non tutor. versic. deniq; Iulianus. de except.  
 doli. Et cum hoc non sit declaratum, arbitrio iudicis re-  
 linquitur: vt concludit loā. de Ana. in c. j. de delic. pue. &  
 ad hoc facit, qui etiam proximus infantiae potest esse  
 doli capax, imo etiam infans: vt not. per glo. in d. c. j. de  
 delict. puero. & Abb. ibi, & in hoc tota vis consistit: ideo  
 cum in hoc certa aetas firmari non possit, debet arbitrio  
 iudicis declarari. Et ad idem facit, quia text. hic cum si-  
 mil. loquuntur de proximis pubertati simpliciter: ergo  
 debent intelligi simpliciter, & non respectu infantiae. &  
 ad hoc facit quod no. Bal. per illud text. in l. excipiuntur.  
 supra ad Sillan. vbi inquit, quod illa distinctio de proxi-  
 mo infantiae vel pubertati, non habet locum in delictis  
 atrociter puniendis: quia tunc ille dicitur proximus pu-  
 bertati, qui parum distat a pubertate, per illum text. Sed  
 certe ratio Bal. videtur pariter in casu nostro procedere:  
 quia tex. etiam simpliciter loquitur de proximo puber-  
 tati, ibi: qui proximus sit pubertati. & eodem modo alia  
 iura loquuntur: & cum ista proximitas non sit determi-  
 nata, consonat quod arbitrio iudicis intelligatur, per  
 supradicta.

**3** ¶ Circa secundum regula hic ponitur, ¶ quod pupillus  
 proximus pubertati obligatur pro furto & ratione iniu-  
 riae: & idem dicitur in l. impuberem. supra de furt. & gl.  
 ibi dicit idem esse in quolibet delicto. facit tex. in l. non  
 Y excip

excipiuntur. s̄. ad Sillan. & not. per glo. & Bar. in l. si quis in tantam. C. vnde vi.

¶ Et ista distinctio etiam adhibetur in contractibus: vt probatur in §. pupillus. instit. de iuri. stipu. no. per gl. in l. j. s̄. de noua declarando vt ibi per Bar. & Ange. Aret. in d. §. pupillus. Sic etiam proximè cingendus habetur pro cincto. l. penult. de testa. mili. Sicut proximus ad pubertatem habetur pro pubere.

¶ Et per istum text. cum similit. in quibus dicitur ¶ quod proximus pubertati obligatur ex delicto, pariter inferitur quod obligetur ex iuramento: vt not. Bar. in auri. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. cum simi. vt tradit Alexan. in l. qui iurasset. in prin. de iureiuran. & late Moder. in authen. sacramenta puberum. & hoc communiter tenetur secundum Abb. in consi. xxxix. duo sunt. in lib. j. & idem Abb. in consi. cviii. illud in effectu. libro ij. Fulgos. consi. ccxxvij.

¶ Adde tamè quod ista æquiparatio de proximo pubertati ad pupillum non semper procedit: patet, quia licet pubes testari possit. l. qua. atate. de testa. ¶ tamen proximus pubertati non potest testari etiam ad pias causas: vt no. Bar. in l. j. in ij. q. de sacrosan. eccle. cum simi. vt late tradit Andr. Sicut. in consi. lviii. lib. j. Aret. in d. l. fin. in fi. C. de testa. mili. Benedict. Capra consi. lxxxv. cum viso. & Philip. Fran. in rub. de testa. in vj. in iij. q. Et aduertendum est: quia in pupillo proximo pubertati videt quod possit dispensari. vt no. Ange. & Alexan. in l. fi. C. de testa. mil. & secundum Bar. in l. si queramus. s̄. de testa. vallet statutum; ¶ quod proximus pubertati possit testari, de quo Andr. Sicut. in consi. xix. col. vj. lib. j.

¶ Vltimo not. quod licet pupillus obligetur ex delicto tamen pœna mitigari debet: vt dixi supra in regu. ferè in omnibus. supra eod.

### In §. In hæredes. Argumenta.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1 Añones pœnales quot modis extinguantur.</p> <p>2 Cadauer ad furcas suspendere non licet.</p> <p>3 Hæres non tenetur ex delicto defuncti, nisi de eo quod ad se peruenit.</p> <p>4 Pœna iure ipso imposita defuncto, transit ad hæredes.</p> <p>5 Lite cum defuncto cõtestata, transit processus ad hæredem.</p> <p>6 Hæres quibus añionibus teneatur ratione hæreditatis.</p> <p>7 Pœna quando in hæredem transeat lite non cõtestata.</p> | <p>1</p> <p>2</p> <p>3</p> <p>4</p> <p>5</p> <p>6</p> <p>7</p> |
|---|--|

B Pias. Idè no. Ias. in l. rescripta. C. de prec. imp. offe. col. fi. c. Dispensari. Adde Iaso. in l. rescripta. C. de prec. impe. offe. col. fi. in versic. cõcludendo puto, & cætera.

*IN heredes non solent actiones trāsire que pœnales sunt ex maleficio : ueluti furti, damni, iniuriæ, ui bonorum raptorum.*

¶ AD idem tex. in §. non autē omnes. insti. de perpe. & tēp. act. & in l. j. §. de priua. delic. & ad hoc facit, quia per mortē, delictū & pœna extinguntur. l. defuncto. de pu. iud. l. in senatus. §. si propter mortē. §. ad Turpil. & in l. si. C. si reus vel accus. mor. fue. & ideo post mortē quis accusari non potest: secundum Dyn. in c. quorundā. cum simi. ibi alleg. in gl. ¶ vnde nō est licitum cadauer mortui ad furcas suspendere: vt dicit Ang. in l. ij. a in versi. vlt. scias. C. qui testa. fac. poss. post Pet. & Cyn. ibi.

¶ Et idem Ange. in l. defuncto. dicit, q̄ errant assessores qui in defunctos faciunt executionem pœnæ capitalis, & q̄ caueant, quia possent conueniri in syndicato, tāquam inferentes iniuriam cadaueri. l. j. §. quoties. §. de iniur.

¶ Et idē Ang. in l. si. C. si reus vel accu. mor. fue. in prin. & sequitur Imo. in l. qui à latronibus. §. si quis. colū. v. de test. & idem tenet Bal. in l. j. col. j. C. ne ex delic. defunct. cum si. vt tradit Alexā in d. l. ij. col. fi. C. qui testa. fa. pos. Ang. Aret. in tract. Malef. in ver. qui iudex videns. col. vj.

¶ Et reg. ista limitat̄ ¶ primo nō procedere in eo qd̄ ad haredē ex delicto defuncti peruenisset, quia pro eo tenetur heres, & cōueniri potest. l. in haredē. §. de calū. l. in haredē. §. de dolo. cū si. alleg. §. in reg. sicut pœna. §. eod.

¶ Et ratio ibi naturalis allegatur: quia sicut hares non tenetur ad pœnam ex delicto defuncti: ita pariter ex tali delicto lucrari non debet.

¶ Et quia solum consideratur q̄ heres non lucretur, pro eo quod ad eum peruenit, datur actio in factum, & non actio quæ sonet in delictū. l. j. §. si. de vi, & vi ar. & in l. j. §. si. §. vbi bo. rap. vbi pro eo quod ad haredē peruenit, non datur actio vi bonorum raptorū: quia putauit prætor sufficere conditionē, ad istum effectū ne hares lucretur. Et sufficit ad haredem peruenisse, quia tenetur licet illud consumpserit. l. videamus. §. quod met. caus.

¶ Et tali casu obligatur etiam hares haredis, dato quod ad eum nihil peruenierit: vt est text. nota. in l. videamus, quem ad hoc Angel. dicit singu. & in d. l. j. in fine. ne ex delictis defunct.

¶ Secundo ¶ reg. fallit, si pœna ipso iure defuncto imposita

fit: quia tunc transit ad heredem. ut no. Bar. in d. l. j. de priua.  
 delic. per l. Caius. §. ad Sillan. & in l. comissa. de public. &  
 idem Ange. in d. l. j. C. ne ex delic. defun. col. j. vers. addo  
 tibi alium casum. alleg. etiam l. fi. §. de his qui mort. sibi  
 consci. & idem Bal. ibi alleg. c. j. de homie. in v. j. ad idem  
 text. in l. iij. §. quod autem. & ibi Bar. §. quod quisq; iur.  
 Et hoc limitatur: ut per Imo. in c. fi. col. viij. de dona.  
 ¶ Tertio fallit. ¶ si lis contestata sit cum defuncto. d. l. j. C.  
 ne ex delic. & in §. poenales. insi. de perp. & temp. act. &  
 not. Bar. in d. l. j. de priua. delict. vbi rationem adducit. Et  
 hoc procedit in actionibus civilibus quae dantur ex deli-  
 cto: ¶ secus est in criminalibus & publicis iudiciis in qui-  
 bus haeres non tenetur nisi data fuerit sententia. l. ex iu-  
 dicio: un. §. de public. iud. no. Bar. in d. l. j. C. ne ex deli-  
 cto.  
 ¶ Quarto regula intelligitur quoniam poena imponitur per  
 modum agendi: secus si per modum excipiendi: ¶ quia tunc  
 poena transit in heredem etiam lite non contestata. l. iij. §.  
 quod autem. §. quod quisq; iur. secundum vnum intelle-  
 ctum. & no. Ang. in d. l. j. C. ne ex delict. defun. col. ij.  
 ¶ Quinto regu. procedit de iure civili. Secus est de iure  
 canonico a. c. fi. de sepul. vbi glo. & in c. in literis. de rap-  
 vbi gl. de quo late ibi insitit lo. de Ana. qui omnes alios  
 refert. & adde Domi. in consi. iij. super dubio praemisso.  
 ¶ Et de successore in benefic. no. Cardi. in consi. cxxxij.  
 pro discussione. in prin. & alia limitationes colliguntur  
 ex doctrina Barto. in d. l. j. de priua. delict. & Ange. qui  
 etiam plene loquitur in d. l. j. C. ne ex delict. defun. &  
 tradit Ange. Arct. in d. §. nos omnes autem. insi. de per-  
 pe. & temp. actio. & Ioan. Bertac. in tract. suo de gabel. in  
 iij. lib. col. penult. & fi.

## REGVLA CXII.

**N**ihil interest, ipso iure quis actionem non  
 habeat: an per exceptionem infirmetur.

¶ De ista regula dictum fuit in regula, non videtur cepisse.

## In l. In toto. Argumenta.

- 1 Pars cum toto dupliciter consideratur.
- 2 Totum vniuersale qualiter se habeat ad partem subiectiuam.
- 3 Plebs a populo differt, veluti species a genere.

## REGVLA CXIII.

**I**n toto & pars continentur.

1 Pars. Idem  
 e contra quan-  
 do qualitas ad-  
 iecta conuenit  
 toti: & quando

EADEM







¶ Quinto & ultimo conclusio declaratur procedere lar-  
suo modo improprie. Sed ¶ proprie & vere<sup>a</sup> remittere  
non est dare. l. Julia. de condi. & demō. vbi conditio<sup>b</sup> dan-  
di x. baredi, non dicitur impleta per acceptilationem, sed  
quasi extiterit conditio legatum debetur. & ad hoc facit,  
quia dare est accipientis facere. §. sic itaque. iustit. de acli.  
& hoc non verificatur in remissione.

¶ Et quandoq; licet dare, & donare, & non remittere: vt  
per g' off. in c. statutu. §. notariu. in ver. remissione. de re-  
scrip. in vj. quia facilius fit remissio. quā donatio: vt not.  
6 Bar. in l. si duo. de ver. obl. ¶ Et ista limitatio procedit nisi  
pecunia parata fuisset solutioni: quia tūc ille qui remit-  
tit, dare intelligit: quia pecunia fingitur sibi data & reddi-  
ta. l. singularia. §. si cert. per. & ita dicit Pau. de Cast. in d. l.  
Julia. per tex. in l. si sponsalibus. §. j. in fi. §. de iure dot.

¶ Socin. ibi dicit in d. l. Julia. quod illa loquitur in specie  
debita, quia ancilla ibi erat debita in specie: sed nos loqui-  
mur in quātitate pecuniæ, quæ licet sit parata solutioni,  
non erat debita quia erat debitum in genere.

¶ Sed tamen idem videtur dicendū in quantitate: quia li-  
cet illa quātitas nō esset debita, tamen ex quo erat para-  
ta solutioni, videtur producere eūdem effectū, quia eius  
solutione debitor liberatus fuisset. Aliter tamē cōcluden-  
dum videtur: vt dicamus qd quantum ad factū, remittere  
non est dare. & isto respectu cōditio dandi, ex remissione  
pro impleta habet: quia verē act<sup>o</sup> solutioni nō interuenit.

¶ Sed quo ad effectum videtur ex quo nullum interesse  
considerari potest inter solutionem & remissionem de-  
biti liquidi. isto respectu remittere videtur dare. & ad  
hoc facit tex. in d. l. si fundum. §. Titio fundum. vbi con-  
ditio dandi quæ debet impleri in forma speciūca, dicitur  
impleta per remissionem.

¶ Ex supradictis inferitur secūdum glo. hic, ¶ quod in re-  
missione facta ex causa donationis requiratur insinua-  
tio c: & not. Barto. in l. Modestinus. §. de dona. cum simil.  
vt tradit Alex. in l. si mulier. j. de condi. ob cau. & in l. cre-  
ditori. C. de pact. vbi dicit istam esse communem opin. &  
dicit Ange. in l. pacta quæ contra. C. de pact. quod vidi ita  
iudicari Perusij. & notat Bald. in consil. ccj. præsupposito.  
lib. ii. j. & in consil. cxxxj. primo quaritur. eodem lib. ii. j.  
& Alex. in consil. cxxxvij. in causa & lite. circa fin. libr. ij.  
And. Sicul. in consilio xlj. charta fin. colum. j. & libro j. &

A Verē. Idem  
Felyn. in c. ve-  
niens. el. j. de re-  
sit. j. colū. & rea-  
mittere item  
non est dare.  
ita Bal. in l. j. C.  
de bonis mate.  
in j. colū. sequi-  
tur Iaso. in l. si  
pro fundo. C.  
de transact. per  
colū. remittere  
tamen rem vel  
actionem bene  
est dare: vt ibi  
per eos. & per  
Iasū in l. si mu-  
lier. hic alleg.  
Hieron. Chuc.

B Conditio. Ad  
de Iason. in l. si  
fundum sub cō-  
ditione. §. Titio.  
de leg. j.

C Insinuatio.  
Idem Io. Imol.  
in l. Aquilus. in  
ij. col. vers. ex-  
tra glo. adde. §.  
de donat.

Anto. de Canario in tractatu infinuacionis. in quaest. xlvj.  
& xlvij. & Socin. in dicta l. creditori.

**N O N potest uideri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoueri.**

¶ De ista regula s. dictū fuit in regula, nō videt cepisse.

R E G V L A C X V I.

**N I H I L consensui tam contrarium est (qui et bonae fidei iudicia sustinet) quā uis atq; metus: quem comprobare, contra bonos mores est.**

¶ D E metu dictum fuit s. in regula. in omnibus causis pro facto accipitur.

In §. Non capitur. Argumenta.

1. Ius publicum est, quod commune est.
2. Restitutio in integrum nō datur, nisi duobus concurreritibus.
3. Libellus petitionis in integrū restitutionis qualiter formā dū.
4. Minor quando citra aliam lātionis probationem restituatur.

**N O N capitur qui ius publicum sequitur.**

¶ I V S publicum, † id est commune. & concordat tex. in l. nō videtur. C. de in integ. resti. & l. verū. §. restituitur. s. de min. quae iura glo. hic adducit. & no. Bar. ibi in d. l. verum. in §. sciendū. † duo enim requirūt ut concedatur restitutio in integrum. l. nam & postea. in §. si minor. s. de iure iur. vbi dicitur, quod non statim quod minor sit, datur restitutio. Sed opus est probare quod laesus sit, & quod sit laesus eius facilitate. d. l. verum. §. sciendum.

¶ Ex his † forma libelli colligit in petēdo restitutionē in integrū. & no. Bar. in l. fin. C. de in integ. rest. in si. vbi inquit, q̄ debet narrari q̄ sit minor & laesus sui facilitate: & nō sufficit dicere, q̄ sit minor laesus. quia libellus non cōcluderet: & idē Bar. in d. §. sciendū. nō in requirit q̄ exprimat causam lātionis: ut no. Bar. in l. minor autē. §. s. de min. ¶ Et secūdum praedicta cōsultuit Io. de Ana. cōs. l. xlvij. circa p̄sentē causam. & qd̄ not. Abb. in cōs. l. xxvij. in quaest. col. iij. lib. ij. † Nota tñ vnum casum in quo minor restituitur absq; alia probatione erroris & lātionis. videlicet qñ in causa criminali cōfiteat̄ maleficiū. de quo nō constat aliter quā per cōfessionē: nā debet restitui. quia eo ipso apparet de lātionē. ita dicit Angel. in l. certū. §. in pupillo. s. de cōfess. in versi. & ideo dicit alle. ad hoc Ios. And. in c. ij. de rest. in integ. in vj. & dicit esse dictū no. & quod iudiciū. & refert Alex. & sequit̄ in d. §. si minor. col. penul.

¶ Sequitur. & etiam Ias. in l. error. in ij. col. vers. quinto limita. C. de iuris & facti ignorā.

pe. & idem Alex. in cōf. cxvj. in causa inquisitionis. lib. iij.

In §. Non videntur. Argumenta.

- 1 Error maxime omnium consensui est contrarius.
- 2 Errantis nulla voluntas est, aut consensus.

NON videntur consentire qui errant.

- 1 **¶** NIHIL enim est tam contrarium consensui, quam error. l. si per errorem. a. §. de iurisd. omni. iudi. & error non habet consensum. l. ij. in prin. §. de iudi. quae iura allegata sunt in glo. & nullus est errantis consensus. l. non idcirco. C. de iur. & fact. ignor. & nulla errantis voluntas. l. sed hoc ita. de aqua plu. arcen. & proprium erroris est approbare falsum pro vero. xxxviiij. dist. in c. quamuis. & errare est aliud pro alio putare. xxij. q. ij. in c. in quibus. Et ista regula non videtur habere aliquam limitationem, quia vere non consentit, qui errat.

A Si per errorem. Vbi vide Taf. in ij. colum. ver. nota regulam. & Alexan. in princ. & Taf. in §. ite si quis. instit. de actio. col. xij.

In l. Praetor bonorum. Argumenta.

- 1 Possessores bonorum in omnibus habentur loco heredum.
- 2 Libellus in haerede, locum habere potest in bonorum possessore.
- 3 Libellus quare latam recipiat interpretationem.
- 4 Statuta strictè sunt interpretanda.

REGVLA CXVII.

**P**RAETOR bonorum possessorem haereditis loco in omni causa habet.

- ¶** PRO ista regula facit tex. in l. ij. §. de bono. poss. 1 **¶** ubi dicitur, quod in omnibus vice haeredu bono. posses. habentur. & ideo conditio illa, si haeres erit, verificatur in bono. posses. l. in conditionibus. §. patronus. de condi. & demon. Et mandatum factum alicui ut adeat haereditate, verificatur in bono. posses. l. si quis mihi bona. §. sed si mandavit. de acqui. hare. Et succedentes de iure praetorio lar go modo dicuntur haeredes: ut not. Bart. per illu tex. in l. 2. j. C. vnde liberi. **¶** ubi propter hoc iufert ad libellu qui in haerede loquitur. quod in bono. posses. saluari pot. Et ista 3 conclusio in libello de plano procedit: **¶** quia libellus late interpretari debet ut saluetur: ut no. Bar. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. §. de iureiurand. cum simi. Sed 4 **¶** in statuto quod strictè debet intelligi, esset maior dubitatio. Bar. tamen idem concludit in statuto. in l. j. §. bonorum. per illum tex. §. ad Trebel. de quo ibi Alexā. & late Socin. scribit in l. j. §. de vulga. colu. ij. ubi concludit post B Aret. hoc non habere locum materia odiosa b.

B ~~Quod si error~~  
~~ver. nota regulam~~  
~~ver. nota regulam~~  
~~ver. nota regulam~~  
~~ver. nota regulam~~  
~~ver. nota regulam~~

## In l. Creditor. Argumenta.

- 1 Creditor ius pignoris remittit, qui eiusdem alienationi consentit.
- 2 Consensus tunc non præiudicat, si actus non valeat.
- 3 Debitum non censetur remissum, iure pignoris remisso.
- 4 Privilegio renuntiare quando quis præsumatur.
- 5 Vxor potest marito pignus remittere.

## REGVLA CXVIII.

## CREDITOR qui permittit rem venire, pignus dimittit.

¶ ET reg. ista intelligitur quod consentiat, ¶ quia creditor consentiendo alienationi pignoris, videtur ius pignoris <sup>a</sup> remittere. l. iij. §. si in venditione. l. sicut. §. si vo <sup>a</sup> luntate. §. quib. mod. pig. vel hypo. l. fi. C. de remis. pig. si autem esset præsens, & non contradiceret, non videretur pignus remittere. d. l. sicut. §. non videtur. nisi in quibusdam casibus: vt no. Bar. ibi in d. l. fi. C. de remis. pig. Alex. in l. quæ dotis. circa fin. in prin. §. sol. matr.

¶ Secundo regula intelligitur secundum glo. hic, nisi creditor cõsentiret cum releuatione iuris sui. d. l. iij. §. si in venditione. & not. Rom. in cons. xciiij. §. visis his. col. ij.

¶ Tertio intelligitur ¶ quando venditio vel alienatio cui <sup>a</sup> creditor consentit, valet: secus si non valet: quia cõsentus non præiudicat. d. l. iij. §. si quib. mod. pig. & in d. l. debitum. C. de remis. pig. facit l. fi. §. in quib. caus. pig.

¶ Et ad hoc facit, q. remissio facta à parte in cõpromisso, intelligitur si compromissum habet effectum, ita quod laudum sequutum fit: vt not. Bal. in l. si diuersa. C. de tras. acti. col. ij. vers. ex prædictis apparet. cum siml. vt tradit Alex. in cons. xxij. viso instrumento. in prin. lib. j.

¶ Quarto regula declaratur, ¶ quod quãvis ius pignoris <sup>a</sup> remittatur, debitum tamen non videtur remissum: quia etiam si pignus <sup>b</sup> reddatur debitori, non videtur debitum <sup>a</sup> remitti. l. postquam. §. de pact. & in no. casu tradit Cuma. consil. xix. quidam nobilis. & ratio videtur: quia debitor consequitur utilitatem ex possessione pignoris: vt not. p. glos. in d. l. postquam. & in e. ecclesia sanctæ Mariæ. el. ij. vt lit. pend. & facit, quia ¶ ille qui facit actum contractum <sup>a</sup> privilegio, nunquam videtur velle privilegio renuntiare vbi potest esse alia cõiectura: vt not. Ant. de But. in c. accedentibus. de privileg. col. ij. vers. & per prædicta. Alex. cõsil. xxxij. ponderatis. lib. v. dixi in c. cõ accessissent. de cõsil. Et

<sup>a</sup> Pignoris. Idẽ Taf. in l. si fundũ p fideicomisso lum. ix. ver. si. milititer. de leg. primo.

<sup>a</sup> Pignus. Secus tñ si reddat instrumentũ debiti. vt p. Taf. in l. seruũ filij. §. eũ qui. de lega. i. in 3. col. quod qualiter intelligatur, vide nota. d. l. Abh. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. in ij. col. vers. reassumẽdo nunc. & c.

¶ Et ista ratione vxor marito pignus remittere potest: quia non est donatio. l. si pignus. de his quæ in fraud. credi. l. etiam. C. ad Velle. l. Lucius. j. quib. mod. pig. vel hypo. & no. Bar. in l. j. §. j. eo. tit. quib. mod. pig.

In l. Non vt ex pluribus. Argumenta.

- 1 Debitum esse potest quid ex pluribus causis.
- 2 Contraria eidem subiecto simul inesse nequeunt.
- 3 Meum esse nil potest ex pluribus causis.
- 4 Dominium ex vna causa quaesitum non potest ex alia dari.

REGVLA CXIX.

**N**ON ut ex pluribus causis deberi nobis idē pōt  
Nita ex pluribus causis idem possit nostrū esse.

¶ DVO sunt dicta. ¶ Primum est, quod eadem res ex pluribus causis deberi potest: sed eadem res ex pluribus causis nostra esse non potest. Et de vtroque dicto est tex. in l. iij. §. ex pluribus. de acq. poss.

¶ Et primum dictum limitatur dupliciter, secundū Pau. de Castr. in d. §. ex pluribus. post Bart. ibi primo quando causæ ex quibus res debetur, essent contraria: ¶ quia contraria stare non possunt in eodem subiecto. l. ij. §. fin. s. pro emp. in l. si ancillam. s. pro suo.

¶ Secundo limitatur si esset causa inualida: quia ex illa deberi non potest. l. cum res. C. de contrahen. empr. & est regula communis, quod non videtur in consideratione, quod nullum est. l. iij. a §. condemnatum. de re iudi. in l. non putabat. §. non quaeris. de contratab.

¶ Secundum dictum limitatur ¶ in pluribus causis<sup>b</sup> diuerso tempore concurrentibus: secus si eodem tempore concurrant: vt not. Bart. in d. §. ex pluribus. in iij. opposi. per iura alleg. ibi in gl. in l. cum quis peculio. s. de solu. in l. si creditori. §. Marcellus. de leg. j. not. in l. in numerationibus. s. de solu.

¶ Et ratio videtur manifesta: quia si dominium acquisitum fuit ex vna causa, vltorius ex alia causa acquiri non potest: quia quod meum est, vltorius meum effici nō potest. §. sic itaque. instit. de actionib. §. si cui fundus. vers. sed si rem legatarij. instit. de leg. & no. in l. si rem meam. de verb. obl. & ratio ista cessare videtur, quando eodem tempore plures causæ acquisitionis concurrunt.

¶ Secundo regula in secundo dicto limitatur quādo res facta sit nostra pleno iure: aliàs secus videtur: vt dixi s. in regula, neque pignus.

A L. iij. vbi plura exempla per Doct. s. maximè Ias. in l. mora,

B Causis. Vide Socin. in tract. fallen. in regul. e. Ias. in §. sic itaque. hic alleg. vbi late post alios, & quæ posui in regula neque pignus, hic allegata.

**ALIUD est uendere, aliud est uendenti consentire.**

¶ ET ideo qui prohibetur manumittere, nō prohibet manumitti, ti consentire. l. ij. l. si pater. in fi. s. de manu. vindi. Et uendenti, nō autē cōsentiēti datur remediū. l. ij. C. de rescin. ven. vt no. Bal. ibi in q. xx.

¶ Et prohibitus alienare, non prohibetur alienanti cōsentire: vt not. p. 2 glo. & Bart. in l. cū pater. §. libertus. de leg. ij. vide quā dixi in c. ij. col. vij. ver. vigesimo nono casus. in fi. de iudi. & no. Bal. in rub. C. de pact. in fin. vbi inquit, qd aliud est contrahere, aliud est cōtrahenti consentire. vnde mulier quā prohibet cōtrahere, nō prohibetur cōtrahenti consentire.

¶ Limita nisi esset eadem ratio: quia tūc ille qui alie nare vel vendere prohibetur. prohibetur etiam consenti re: vt not. Bal. & Salic. in l. ij. C. si aduer. donat. vbi loquitur in statuto prohibente minorem alienare: nam etiam alteri alienanti, non poterit consentire: quia de facili fraus posset fieri. & ita ibi tenet cōtra Iac. But. & no. And. Sicul. in consi. xlj. col. vij. lib. iij. & idem And. Sicul. in ca. si quis presbyterorum. per illum tex. iuncto c. precedēti. de reb. eccle. & in c. peruenit. circa fi. de enp. & vend.

¶ Et facit alia regula quē j. habetur. in l. cū quis. in prin. j. eod. vbi dicitur, quōd qui potest alienare, potest etiam alienanti consentire. Et in ead. l. §. cum autem. dicitur, quōd qui donare non potest, pariter nec donanti consentire potest. & facit. j. quia sicut minor non potest alienare rem immobilem sine decreto, pariter alteri nō potest consentire: vt no. Bald. in l. illud. aliās in l. si pradium. C. quando decret. opus non est.

¶ Et concludendum est, quōd ille qui non potest contrahere, non potest etiam alteri facienti consentire, quando est eadem ratio. aliās secus: vt no. Bal. in l. fi. col. ij. in vers. collige ergo. C. de pact. & vide gl. in regulum quis possit. j. eod. & quā ibi dicit resoluuntur in eo quod dictum est, an sit eadem ratio.

**In §. Refertur. Argumenta.**

- 1 Actus à parte maiori factus, ad omnes est referendus.
- 2 Consensus omniū quando explicitē requiratur.
- 3 Consensus omnium in consuetudine non est.
- 4 Concorditer aduerbitum quid significat.

**REFERTVR ad uniuersos quod publice fit per maiore partē.**

¶ E A D E M regula habetur in l. quod maior. ff. ad municip. ibi: j. pro eo habetur, ac si omnes egerint. & sic hoc procedit per fictionem: vt notat Abb. in capitu. cum olim. in fina. de re iudica. & alibi etiam habetur quōd maior pars reputatur pro toto: vt not. Barto. in l. cum de lanionis. §. Sabinus. per illum tex. de fundo instru. in l. propter litē. vbi Bald. ff. de

excus. tut. in c. j. §. illum. de restit. spol. in vj.

¶ Et ratio istius regulæ videtur secundum glo. hic. quia negotia vniuersitatis nõ possent de facili expediri si omnes deberent consentire: vnde quamuis dicatur in aliquo actu de consensu omniũ: idẽ tamen esse videtur de consensu maioris partis. vt not. Bart. in l. quicumque. in fi. per illum tex. cum gl. C. de omni agr. deter. lib. xj. & no. Bal. in l. rescriptũ. in princ. per illum tex. §. de pact. Ista enim videtur interpretatio passiva, quæ etiam haberet locum in materia odiosa. vt not. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad l. Fal.

¶ Et hoc intelligitur nisi constaret de mente disponentis, 7 quod præcisẽ cõsensus omnium requireretur. & ita videtur procedere glo. not. quæ habetur in c. vbi periculum. §. idem quoque. in ver. singulis. de elect. in vj. & no. Bal. in c. non potest. de re iud. in princ. vbi inquit, q̃ maior pars attenditur, nisi expresse statutum sit, q̃ omnes debeant cõsentire: & illi de vniuersitate statuere pos-

unt, quod in aliquo actu omnium cõsensus præcisẽ requiratur: vt no. Abb. in c. constitutus. col. pen. in versic. ex

quo notabis. de appel. 7 Secus tamen esset in consuetudine quæ non valeret, q̃ omnes præcisẽ deberent consentire: quia vtilitas ecclesiæ sæpenumero impediretur cum homines faciliẽ dissentiant. ita sing. Abb. dicit in cap. j. in not. antepen. de his quæ fiunt à maio. par. cap.

¶ Sed aduertendum est, quia ratio Abb. ita videtur habere locum in statuto sicut in consuetudine: & tamen in statuto communiter doct. tenent valere statutum, vt s̃. dixi. Et ideo quantum ad hoc non videtur differentia inter statutum & consuetudinem. arg. l. de quibus. s̃. de legi.

¶ Sed probabiliter distingui potest, quod in aliquo vel in aliquibus casibus particularibus valeret statutum & consuetudo: sed generaliter derogando huic regulæ non valeret statutum & consuetudo. per rationem glo. hic. & Abb. in d. c. j. & dixi in c. cum omnes. de constit. in ij. leet.

¶ Et licet statutum à maiori parte videatur factum ab omnibus: non tamen dicitur factũ concorditer: quia verbum concorditer importat nemine discrepante: vt Abb. concludit contra Card. in c. non potest. de re iud. col. pen. versic. sed dubitari potest. vbi plura iura inducit. & idem tenet Card. in clem. ne Romani. in versic. eo ipso. in viij. q. de elect. per illum text. in ver. si hoc casui concorditer expedire videbitur. & ita declarat ibi text. de elect. dum

ibi



ibi dicitur. de electione facta in concordia. & ad idem est gl. in c. cupien-  
tes. in §. ad hac. in versi. concordent. de elect. in vj. & ibi Dominic. col. ij.  
¶ Et no. tex. q. † occasio tumultus remoueri debet. & fa- cit tex. in l. p. s. de ficar. l. fi. ibi: nisi fortè tumultus aliter sedari nõ possit. facit tex. in §. j. ver. deinde. de man. prin. quia propter seditionem, & tumultũ quis incidit in crimen læsæ maiest. l. j. in fi. s. ad leg. Iul. maiesta. Et de pena seditionis a & tumultus, no. Ang. in l. ij. C. de sedit. habetur in l. si quis aliquid. §. autores seditionis & tumultus. s. de pœnis, fit enim seditio cõcitando plebem: & dicitur seditio, quasi seorsum itio: quia in diuersum vadũt, & alios trahunt: vt no. Domin. post Arch. & Io. And. in c. decet. col. ij. vers. quæro qualiter fiat seditio. de immu. eccle. in vj. no. Arch. in c. seditionis. xlvj. dist.

*INFINITA æstimatio est libertatis & necessitudinis.*

¶ DE libertate s. dictum fuit in l. libertas. s. eo. Necessitudo hic accipitur pro cõiunctione sanguinis: vt est text. in l. si s. de iusti. & iure. in l. in fideicommissi. §. cum Polidius. de vsur. in l. si filium. C. de lib. cau. insti. ad Tertulianum. in princ.

*In l. Qui in ius. Argumenta.*

- 1 Successor, etiam singularis, iure vti debet prædecessoris.
- 2 Privilegium quod loco cõceditur, in loci successorem transmittitur.
- 3 Obligatio personalis non sequitur singularem successorem.

REGVLA CXXXVII.

**Q**VI in ius dominium ue alterius succedit: iure eius uti debet.

¶ Facit. & qd no. Dy. in reg. si quis succedit. isto tit. lib. vj.

¶ FACIT<sup>b</sup> quod s. dictum est in l. nemo plus. & in l. hæredem. s. eod.

¶ Et videtur hæc regula loqui etiã in successore particulari, & singulari: quia loquitur de illo qui succedit in ius vel dominium alterius: & exemplificari potest ista regula

regula in l. si aqua ductus. ff. de contrahen. empt. vbi seruitus aquæ ductendæ quæ debetur prædio, transit in emptorem prædij. & in l. forma. §. quanquam. de censi. vbi immunitas loco concessa ad successorem loci porrigitur. & facit tex. in l. j. §. permittitur. ver. planè. de aqua quotid. & censi. & not. Bald. in l. omnia. in prin. C. de epif. & cler. vbi concludit, qd priuilegium datum loco transit in successorem loci. & facit quod not. per glo. si. in c. bonæ. el. ij. de postu. præla. cū sim. vt dixi in confi. lxxvij. & vide dicta §. in reg. in omnibus. §. eo. & ad regulam hic vide text. in l. qui fundum. la. ij. §. eum qui. §. de contrahen. emp.

¶ Et hoc quod dictum est procedit in iure reali. prout tex. sequitur. ¶ Secus est in iure personali, vel in obligatione personali, quæ non sequitur singularem successorem. l. j. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. vbi Bar. l. fin. §. fin. ff. de contrahen. emp. l. si. C. de hæredi. & t. l. æris alieni. C. de dona. quod limitatur vt tradit Alex. in d. §. si hæres.

¶ Et quod dicitur de singulari successore procedit: quia verba legis hoc ostendunt, dum loquitur reg. de iure vel dominio: aliàs verò quod dicitur de successore simpliciter, de vniuersali intelligitur. l. quædam. §. nihil. ff. de eden. limitando & declarando vt per Alexan. & Moder. ibi.

### In §. Nemo videtur. Argumenta.

- 1 Ignorantia iuris excusat à dolo.
- 2 Dolus dicitur, qui quid lege facit resistente.
- 3 Iuris peritus non excusatur à dolo per ignorantiam iuris.
- 4 Ignorantia excusatus, superueniente scientia non excusabitur.

**NEMO videtur dolo facere, qui ignorat causam cur non debeat petere.**

¶ VIDE dicta §. in regula, qui in alterius. §. eo. Et regula ista etiam videtur habere locum in illo qui ignoraret causam per ignorantiam iuris: ¶ quia etiam ignorantia iuris excusat à dolo. l. sed & si lege. §. scire. §. de petit. hære. vbi dicitur, dolo caret, licet in iure errauerit. & ad idem tex. in l. si quis in graui. §. si quis ignorans. vers. & si sciens. §. ad Sillan. & ad idem tex. in l. si quis id quod. vers. doli. de iurisd. om. iud. vbi Alexan. & ad tex. insti. vi bon. rapt. in §. quia tamen. vbi Ang. Aret. ¶ Et hoc intelligitur, nisi lex prohibeat & resistat: quia tunc videtur in dolo. l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. xj. & in reg. qui contra iura. de reg. iur. in vj. & ita Bar. concludit in d. §. scire. cum sim. vt tradit Feli. in c. de quarta. de præscrip. col. x. vers. tertia restrictio.

¶ Et quod dictum est de errore iuris qui excusat à dolo, limita vt tradit Alex. in l. si quis id quod. de iurisdic. om. iudic. vbi inquit, ¶ hoc nõ procedit in iure perito. l. ij. vbi Ang. §. quod quisque iur. Similiter regula procedit in



**A** In vj. vbi videar Doct. & factis remissiuè per addit. Dyn. vltra quæ vide latè Iaso. in l. j. C. de iud. & in l. huiusmodi. §. legatū. de lega. j. per Hipp. de Marf. fin. xvij. & singu. clxxv. Alex. in c. si laicus. xxxj. distin. & in c. qui facerum. l. dist. & quod not. tradit Soc. in confi. xlj. inci. in præfenti consulta. colū. vj. in iij. vol. vbi per totum consilium tractat mater. l. Lucius. hic alleg. & do. Philip in cap. præterea. de offic. delega. colū. vj. vers. in gl. si in princi. & in ca. prudentiam. §. nō verò. ij. col. vers. in gloss. in vers. principali. & eundem in consil. cxcvij. in ij. col. vers. secundo diligenter. Barto. in q. vj. Anc. in repet. accessorium. isto titu. l. vj. Hieron. Chac.

dolo vero. secus est in dolo præsumpto. vt not. Barto. per illum te xt. in l. diuus Claudius. §. de fals. & no. Dyn. in regu. iuris ignorantia. eo. titu. in vj. col. ij. & adde quod excusatur durāte ignorantia. Secus ¶ si superueniat scientia. quia si perseuerat. non excusatur. l. cum ancillis. C. de inces. nupt. vbi Bald.

### In l. Cum principalis. Argumenta.

- 1 Accessorium sequitur naturam sui principalis. & nu. j.
- 2 Accessorium rescinditur rescisso principali.
- 3 Contractu principali existente inutilis. valet confessio contenta in illo.

### REGVLA CXXXVIII.

**C**UM principalis causa non consistit: plerunq; nec ea quidem quæ sequuntur. locum habent.

¶ **CONCORDAT** Tex. in l. nihil dolo. in §. cum principalis. j. eo. ¶ & hinc sumpta est reg. accessorium. eo. tit. in vj. a facit tex. in §. liberis. in l. de vulga. & pup. cum sim. alleg. hic in glos. & in d. reg. accessorium. ad idē text. in §. seruus. in l. de leg. in l. ij. ff. de pecul. leg. facit text. in l. Lucius. §. qui pot. in pign. in l. Aurelius. §. legatum. de lib. leg. in l. non dubium. C. de legi.

¶ Et ideo rescisso principali. rescissum videtur accessorium: vt not. per gloss. in l. si patronus. §. si patronus. §. si quid in fraud. patro. Et si non tenet contractus principalis. nec precarium valet quod eo accessorie continetur: vt not. Bald. in l. ex testamento. C. de fideicommiss. Alexand. in consilio. lxxxj. lecto & discussio. column. iij. lib. ij. & not. Bartol. in l. nemo potest. column. iij. de leg. j. Roma. in consil. cccxvj. clarissime accessor. & idem Romanus in consilio xv. viso compromisso. in ij. dubio. cum sim. quæ not. sunt.

¶ Et quandoque tamen regula ista non procedit: vt innuit tex. hic. dum dicit. plerunq; nam regula intelligitur ¶ vbi est eadem ratio: secus si diuersa. vt no. Barto. in l. ita stipulatus. in xj. opp. de verb. oblig. & Bald. in l. non dubium. in xiiij. opp. C. de leg. Alexand. confi. iij. circa primum. colum. pen. lib. j. & hoc modo procedit text. alleg. glo. hic in l. & si is. de præd. mino. & in l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. obligat.

¶ Et hoc modo adaptari potest quod no. Bartol. in l. certi cōdictio. §. si nummos. ff. si certum petatur. vbi voluit. ¶ quod licet cōtractus principalis sit inutilis. confessio ta-

men valet quæ in tali contractu continetur. idem Bar. in l. si ita stipulatus. in §. Chrylogonus. de verbo. oblig. cum sim. vt tradit ibi Alex. colū. viij. nam si stipulatio inutilis interponatur super alio contractu aliàs de se valido, inutilis stipulatio non impedit oriri actionem ex illo contractu de se vili. vt not. Barto. in l. j. §. si quis ita. de verb. obli. cum sim. vt tradit ibi Alexā. tunc enim si non valet quod ago vt ago, valet vt valere potest. l. certi conditio. §. quoniam. s. si cer. peta. & d. §. Chrylogonus. bonus text. in l. si stipuler. §. si. de verb. obli. nam tali casu contractus qui à seipso valere poterat, nō videtur accessorius: vel est eadem ratio quod vitietur: quia stipulatio fuit interposita ad maiorem confirmationem: vnde si non valet, non impedit oriri actionem. arg. l. iij. de testa. mili. & eodem modo dicitur quod vitiatum expresso non vitiatum tacitū, quando non est eadem ratio: vt no. Bar. in l. fideiussor. in princip. de leg. j. & no. Bal. in l. si tibi. §. de pignore. s. de pact. & dixi in d. §. si nummos. in dictis casibus ille contractus licet videatur accessorius, eius validitas non pendet à principali qui à seipso valet. Secus est in terminis regulæ: quia validitas accessorij pendet à principali: vt colligitur ibi, nec ea quæ sequuntur.

## REGVLA CXXXIX.

**I**n obscura uoluntate manumittentis fauendum libertati.

¶ DE ista regula s. dictum est in l. quoties. eo. tit. & in l. proxi. §. si. de his quæ in testa. delen.

## REGVLA CXL.

**Q**uod iussu alterius soluitur: pro eo est quasi ipse soluisset, uel ipsi solutum esset.

¶ VIDE dicta s. in regula, is damnum dat.

In l. Si nemo. Argumenta.

- 1 Relicta in testamento confirmari possunt per aditionem coactam.
- 2 Hereditas si pro adita habeatur, omnia in testamento relicta debentur.
- 3 Legata ad pias causas: an debeantur hereditate non adita.
- 4 Testator disponere potest, legata deberi hereditate, non adita.

## REGVLA CXLI.

**S**i nemo subijt hereditatem: omne ius testamento soluitur.

¶ ADDE text. in l. si nemo. la. j. s. de testam. tut. & in l. eam quam. C. de fideicommissis. in l. sed & si plures. §. si ex asse. versi. nec enim. s. de vulga. & pup. Ampliatur etiā in libertate vt per Bar. in l. j. in pen. charta. in ver. quarto quæro. C. de sacrosan. eccl. Et sufficit quod ab vno ex pluribus adita sit. d. l. nemo. cum simil. vt per glo. hic. & not. Ang. in d. §. ex asse. vbi etiam alleg. text. in l. apud Iulian. s. idem Iulianus. ad Trebel. ¶ Et ibi Alex. dicit, quod relicta in testamento confirmatur ita per aditionem coactā sicut per voluntariam. Allegat etiam tex. in l. nam quod. §. si quis compulsus. ad Trebel.

A Pias causas. Vide Iaso. in l. eam quam. C. de fideicom. xj. versi. item considera. vbi dicit, cōmunem opicano. & legitimum esse contra Barto. in d. l. j. C. de sacrosan. eccl. imō quod etiam relicta ad pias causas non debentur hereditate non adita: que tamen op. limitatur vt ibi per eundem tenetur etiam Ia. son. in d. l. j. in j. lect. col. vj. ver. extra gl. & in j. lect. col. si. ver. vii. in qua dicitur &c. de qua quaeritur videtur rationem. & minus quam a lib. & barba. in extra de testam. coll. l. viij. ver. ne. nunc ad vlt. in quaeritur vbi etiam ponit. xx. limitatur regulam notam. in d. in l. i. super dicitur tunc quaeritur istam legatā ad pias causas &c. hic, C.

¶ Et regula ista limitatur primo ¶ nisi hereditas pro adita habeatur, in titu. si quis omis. causa testa. quia tunc omnia debentur. l. ij. §. planē. s. de vulga. & not. Barto. in l. j. §. fin. s. de vulg. Secundo reg. fallit in milite. l. miles ita heredem. §. si. s. de testamen. mili.

¶ Tertio quando habetur pro adita propter existentiam sui heredis. l. si filius qui patri. supra de vulg. & ita nota. Imol. in dicto §. ex asse.

¶ Quarto adde quod regula non habet locum ¶ in legatis ad pias causas, vt no. Bar. in l. j. C. de sacrosan. eccl. chart. penul. in versicu. quarto quæro. de quo not. Bald. in confi. cclxxxvij. dicta mulier. in fin. lib. iij. & in consilio xx. super primo lib. v. & confi. xxxix. viso testamento. colum. ij. eodem libro v. Rom. latē confi. cccccxxvij. in terminis proposita quaestionis. & in consilio. cccxxij. in casu consultationis. Ioan. de Ana. in consil. xxvij. visis. colum. penult. Aretin. in consil. lxiiij. diligenter. colum. penul. & in l. si filius qui patri. colum. j. de vulg. & pupil. post Imo. ibi Andr. Sicul. confi. viij. scribitur. colum. viij. versi. circa istam hesitationem. libr. j. aliquid Alexan. confi. iij. venderetur. lib. ij. colum. vij.

¶ Quinto ¶ testator potest disponere quod legata debeantur hereditate non adita Alex. in l. nemo potest. col. iij. in versi. & ista faciunt ad quaestionem. vbi tamen distinguit post alios quos ibi refert. de legat. j.

## REGVLA CXLII.

QVOD nullius esse potest: id ut alicuius fieret nulla obligatio ualet efficere.

¶ VIDE BIMVS statim in l. impossibilium. j. eo. in l.

## In l. Et si nihil. Argumenta.

- 1 Sententia solenniter lata, nihil in ea est immutandum.
- 2 Iudex non debet exequi sententiam, si de innocentia constat.
- 3 Exceptio innocentiae nunquam censetur exclusa.
- 4 Contumax innocens non debet condemnari.
- 5 Innocentia existente notoria, non est necessarium superioris consilium.
- 6 Delinquens non liberatur, si poena innocenti infligatur.

## REGVLA CXLIII.

**ET SI nihil facile mutandum est ex solēnibus: tamen ubi aequitas euidenter exposcit, subueniendū est.**

- ¶ CONCORDAT & exēplum habetur in l. pe. s. de in integ. rest. vbi not. Ang. quod licet post latā sententiam solenniter nihil sit in ea mutādū, sed illi inhēre dum vt verba sonant. l. iudex postquā. de re iudic. tamen propter euidētem aequitatē succurrendū est ei qui sententiā passus est cōtra se. vnde dicit ipse, succurritur capitaliter condemnato contra veritatē: quia iudex debet ab executione abstinere, & Imperatori rescribere. l. j. §. si. de questionibus. & Bar. <sup>a</sup> ibi in vers. item nota. dicit recurrē dum ad dominos qui non recognoscunt superiorē. & ad hoc est bonus tex. in l. diui fratres. §. de pœnis. & ad idem tex. in c. j. de purg. vulg. & ibi Abb. circa fin. & not. Bal. in l. j. col. fi. C. de confes. ¶ quod iudex etiam post confesio nem & condemnationem si liquet de innocētia, non debet executionem facere in pœna corporali. alleg. Inno. in d. c. ij. Et ista exceptio innocentiae nunquam exclusa videtur: vt dicit Bal. in l. additos. col. ij. C. de episc. audien. quod nunquam iudex debet exequi sententiam capitalem si videt illam esse iniustam. Alex. Inno. in c. pastoralis. §. quia verò. de offic. deleg.
- 3 ¶ Et propter hoc exceptio innocentiae nunquam exclusa videtur: vt no. Bal. in l. edita. C. de edē. col. pen. vers. ex tribus autem. quia est etiam de iure naturali. & sequitur lo. de Ana. in c. si aduersus. in fi. de heret. & in consi. lix. vbi inquisitione. cum simil. vt tradit Alex. in consi. cxlij. vilo thēmate. col. ij. lib. v.
- ¶ Et propter innocentiam probandam admittuntur testes inhabiles: vt not. Spec. tit. de inquisit. §. j. ver. sed nū. quid. lo. de Ana. sequitur in d. conf. lix. Alex. consi. xxij. animaduersis. colum. penul. lib. ij. ¶ Et propter innocentiam dicit Bar. in l. absentem. s. de pœnis. col. fi. ¶ quod li-
- 4

<sup>A</sup> Vbi videas Hipp. de Marfil. col. xv. ver. nota et istū textū qui p tres col. multa dicta Docto. congerit vltra ea q hic posuit do. Phil. & adde q si princeps referibat alicui iudici vt talem decapitare faciat, vel suspendere, & nō apparet, de cā. debet iudex suspēdere per xxx. dies, ita est tex. singul. in l. si vē dicari. C. de pœnis, intellige tamen, nisi secūda iusio principis veniret. vt in c. si qn. de rescriptis. vbi Canon. & Ia. in l. puniri. in fi. C. si contra ius vel util. pub.

cet cōtumax habeatur pro cōfesso: tamen iudex cui con-  
stat absentem contumacem esse innocentem: non potest  
condemnare illum contumacem. & idem Bar. in consi. c.  
à domino Cy. col. fi. & Bartho. Veron. cōsi. xxix. viso p-  
cessu. col. v. in consi. xlvij. quanquam. col. fi. Aret. consi.  
cxlvj. visa consulta. col. ij. & tertia. & facit quod no. Ang.  
in l. ij. C. qui test. cum simi. vt ibi tradit Alex. & Moder. &  
dixi in c. at si clerici. in princ. col. ij. in vers. vj. limitatur.  
de iudi. & Paul. de Cast. consi. xxxiiij. super primo ques-  
to. & Nellus in tractatu bannitorum. q. xxxiiij. in ij. par-  
te secundi temporis, vbi limitat quod dictum est de in-  
nocentia. † Et adde quod non videtur opus consulere su-  
periore si innocentia esset notoria: vt quia condemna-  
tus fuit pro Titio occiso, & apparet illum viuere. d. c. ij.  
de purg. vulg. & in l. inde Neratius. §. si. s. ad legē Aquil.  
de quo Aret. in c. de his. de accusa. & Fely. in c. cōsangu-  
inei. col. fi. de re iud. † Et not. quod si innocēs sit punitus, 6  
per hoc non est liberatus ille qui deliquit. l. seruum. ff. de  
interrog. act. vbi Bal. & idem Bal. in c. j. §. iniuria. col. fi.  
de pace iur. fir. & in l. res inter alios. in fi. C. quib. res iudi.  
non noc. Ang. in l. quoties. §. si. s. sol. matri. Abb. in c. pen.  
in vij. q. de re iudi. Et ad istam regulam faciunt quæ s. di-  
cta sunt in l. ambiguis. §. quoties. s. eod.

### In l. Impossibilium. Argumenta.

- 1 Obligatio naturalis ex re impossibili an oriatur.  
Obligatio naturalis tollitur animo sublato.
- 2 Stipulatio pœnalis non valet dispositioni impossibili adiecta.
- 3 Difficultas facit ne mora committatur, cum factum est in  
obligatione.  
Fideiussor promittens se facturum, & curaturum non tene-  
tur si fecit quod potuit.
- 4 Promittens factum alienum, si fecit quod potuit, excusatur  
à pœna.
- 5 Promittens se facturum in omnem euentum, non excusatur  
propter difficultatem.
- 6 Contractus ex intentione legem accipiunt.

### REGVLA CXLIIII.

**I**MPOSSIBILIVM nulla obligatio est.

¶ IDEM dicitur suprâ. l. q. nullius esse potest. in re-  
gul. nemo potest. eo. tit. in vj. ad idem tex. in l. j. §. si id q.  
s. de acti. & obl. idem in iudicis precepto. l. si. s. que sent.  
sine app. † & adeo hoc procedit, q. etiam naturalis obli-  
gatio non oritur: vt not. per glo. in d. reg. nemo potest. in  
verbo,

verbo, obligari. quæ ponderat tex. hic in verbo, nulla. & sic vniuersaliter loquitur. & hoc not. Bar. per illū text. in l. si iūb. impossibili. de fideiusfor. & ratio videtur: quia non videtur habere animum se obligandi. l. non solum. de act. & oblig. l. cum hares. §. j. de statu libe. vnde si desinat animus, remouetur naturalis obligatio.

¶ Et eodem modo stipulatio pœnalis adiecta præcedenti dispositioni impossibili non valet. l. si homo mortuus. de verb. obli. secus tamen est in eo qui promittit factum alienum: quia licet promissio nō valeat. l. stipulatio ista. §. j. in ver. nemo. de ver. obli. §. si quis alium. insti. de inuti. stip. tamen si pœna apponatur, valet d. l. stipulatio ista. §. j. in ver. mora faciendi. vt no. Bar. in l. si duo. §. hæc verba. de consli. pec. in l. si ita stipulatus. in vij. oppo. quintæ partis de ver. obli. cum si. vt dixi in consli. ij.

¶ Et si fecit quicquid potuit, non dicitur esse in mora. l. quod te. §. si cer. peta. col. j. & ibi etiam col. iij. concludit, quod quando factum est in obligatione, indistinctè dif-

ficulitas impedit moram committi. l. si veheda. §. pen. ad legem Rhod. de iact. in l. j. §. iubet. vers. si frater. de colla. bono. & ideo Abb. in cons. xc. videtur quod fideiussores. lib. j. concludit, quod fideiussores qui promiserunt se facturos, & curaturos sub pœna, non incurrunt pœnā si fecerunt quod potuerūt. & idē Bart. in cons. cxxxvj. Martinus promittit, vbi ponit casum de eo qui promittit se facturum, a quod Berta cōtraheret matrimonium cum Titio sub pœna: si fecit quicquid potuit, excusatur à pœna. idem Fede. in cons. cxxij. Martinus promittit. & sequitur Abb. post Ant. de Bur. in c. gemma. de spons. col. iij. vers. ad vnum singulariter aduerte. idem Abb. in c. significantibus. in si. de offi. dele. Aret. in cons. cxliij. ex facto proponitur. col. liij. ver. venio igitur ad primum. & ibi dicit hoc procedere etiā si dictum sit cum effectu: quia intelligitur quod curabit cum omni diligentia verè, & non fictè. Si tamen fecit quicquid potuit, excusatur.

¶ Et hoc intelligo nisi constaret de voluntate partiū, quod voluerit obligari ad pœnam vel interessè ille qui promittit in omnē euentum quod non sit factum q̄ fuit promissum: vt quia promittit conseruare indemnem, vel soluere de suo proprio. & ita procedit quod not. Areti. in l. si ita stipulatus. §. possum. vbi tenet contra communem opinionem. & quod notat Socinus in consilio cclxxx

clxxxviii. circa primam quæstio. in v. q. Cuma. in consil.  
 clxxxvj. viso instrumento. & consil. clxxxix. testator. nam  
 quâdo ita apparet de voluntate partium, videtur obliga-  
 tus simpliciter sub euentu condit. quo casu quando quis  
 incipit à conditionis euentu, non consideratur mora:  
 ideo obligatur. l. in illa. de ver. obl. Bar. <sup>a</sup> in l. continuus. A  
 §. illud. in fi. de verb. oblig. in d. l. si homo mortuus. & in  
 d. l. si duo. §. hæc verba. de constit. pecu. & ideo in casu d.  
 l. si homo mortuus. fuisset facta promissio ab euentu cõ-  
 ditionis, promissio valuisset: & pari ratione quando con-  
 staret de voluntate partium, ¶ quia contractus ex inten- 6  
 tione partiũ legẽ accipiũt. reg. cõtractus. eo. tit. in vj. & in  
 simili casu Abb. tradit in consil. xliij. quidã do. Anto. lib. j.  
 ¶ De impossibilitate, vide Bar. & Imo. latẽ in l. j. de cõdi.  
 instit. Ang. Aret. in §. impossibilis. instit. de hære. inst. gl.  
 & Doct. in d. regula. nemo põt. Et an gratia papæ vitetur  
 propter impossibilitatẽ. Ro. consil. cccxlvij. quaritur.

## REGVLA CXLV.

**V**ANI timoris iusta excusatio non est.

¶ VIDE suprà in l. in omnibus causis. suprà eodẽ.

## REGVLA CXLVI.

**N**IHIL peti potest ante id tempus quo per ve-  
 rum naturam persolui possit: & cum soluendi  
 tempus obligationi additur, nisi eo tempore præteri-  
 to peti non potest.

¶ VIDE suprà in l. cum in tempus.

In l. Si quis prægnantem. Argumenta.

- 1 Decedere sine liberis non dicitur, qui prægnantem uxorem relinquit.
- 2 Mulier in dubio prægnantem se asserenti creditur.

## REGVLA CXLVII.

**S**I quis prægnantem uxorem reliquit: non videtur  
 sine liberis decessisse.

¶ NOTA ¶ quod non dicitur decessisse sine liberis,  
 qui vxorẽ prægnantẽ relinquit. Et ideo substitutus dece-  
 dẽti sine liberis nõ adm. iteretur: quia etiã si vnus tantũ na-  
 scatur cõditio verificat. l. nõ est sine liberis. de verb. sig.  
 ¶ Et propter istã spẽ natiuitatis mittitur ibi in possessio  
 nem. l. j. §. toties. v. ersi. æquius. & vers. fatius. de ventre in  
 poss. mit. Et si partus nascat sexto vëtre, & substitutus ex-  
 cluditur:

cluditur: vt no. Bald. in confi. cix. verba testamenti. lib. iij. facit tex. in l. quod dicitur. de lib. & posthu. licet ipsa non dicatur peperisse. l. anniculus. §. falsum est. de verb. signi. Et limitatur, vt per Bal. in prædicto confi. cix. lib. iij. vide  
 2 Fel. in c. sicut. in fi. de homic. ¶ Et in dubio creditur mulieri dicenti se esse prægnantem: vt not. Angel. in l. illud. per gl. ibi. s. si pars hæred. pet. & hoc videtur intelligendum concurrentibus coniecturis: aliàs illi non creditur. l. j. §. j. ibi: nec dicere se prægnantem sufficit.

¶ Et not. gl. hic quæ dicit, quòd ante natiuitatem non dicitur conditio liberorum impleta: quia non dicitur homo ante natiuitatem, nec puniretur de homicidio. vide Fel. in c. sicut. de homic. col. j.

### In l. Vbi repugnancia. Argumenta.

- 1 Contraria allegans, non est audiendus, Rusticus non excusatur, si contraria allegauerit.
- 2 Reprobatio testium quæ prohibita præsumatur.
- 3 Actus repugnans non potest in esse produci.
- 4 Dispositio quælibet sic debet intelligi, ne quid contrarium contineat.

### REGVLA CXLVIII.

**V**BI repugnancia inter se in testamento inueniatur: neutrum ratum est.

¶ EXEMPLIFICATVR per gl. in l. si Titius. s. de cond. inst. facit tex. in l. scripturæ. C. de fide instrum. in c. sollicitudine. de app. & in l. j. C. de furt. vbi ¶ allegans contraria, non auditur: & vbi est contrarietas, ibi non cadit executio, nec simplicitas. Ideo etiam rusticus non excusatur: vt not. Bal. in l. scripturæ. col. si. versi. quærunt doctores. C. de fide instrum. Et ideo remota nullitate, vel exceptione, non videtur tolli nullitas vel exceptio, quæ habet in se contrarietatem: vt not. Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. col. xv. versi. vltèrius iuxta prædicta querro. s. de pact.

- 2 ¶ Sic etiam ¶ prohibita reprobatione testium nõ videtur prohibita reprobatio quæ insurgit ex cõtrarietate ipsorum testium. vt no. Domin. in c. ij. §. si. co. fi. de testi. in vj. allegat glo. quæ hoc dicit. iij. q. iij. in c. si quis testibus. in verb. arguere. & dicit Ang. in consil. clxxxvij. hic punctus
- 3 prima fronte. circa fi. ¶ legislator nec Deus ipse potest actum repugnantem in esse producere. alleg. istam l. vbi repugnancia. & hoc de contrarietate in l. libello. in not. casu



casu tradit Alex. in consi. cxxj. viso processu. lib. j. & Ang. in cōsi. xxxvj. pro decisione quæstorum. col. ij. & Pau. de Castr. in consi. cccxcij. viso quodam libello. secundū primam formā. de quibus consiliis dixi in l. edicta. col. xvij. ¶ Et quæ s̄. dicta sunt de contrarietate, procedunt quā est præcisa contrarietas quæ tolli nō potest: secus si remoueri potest distinguendo: † quia dispositio si fieri potest, ita intelligi & interpretari debet, ne contradicat, a vt in instrumto probatur in c. inter dilectos. de fide instr. in §. ceterum. & in contractibus not. Bart. in l. si. §. idem quæsit. s̄. de condi. indeb. & in positionibus not. Bal. in c. cum falsa. in fi. C. de iur. & fact. ign. cum simi. vt tradit Alex. in l. j. in prin. col. ij. s̄. ne quis eum. Et in statutis not. Abb. in c. gratum. in prin. in c. super quæstionū. in prin. in ij. no. de ofi. deleg. Et in verbis sententiæ not. Bar. in consi. cxj. quaritur. col. iij. ver. super secundo. Et de secunda inuestitura scribit Pau. de Ca. in consi. clxij. circa id q̄ primo quaritur. col. ij. verli. circa secūdū. Et in omnibus b̄ dispositionibus hoc habet locū, vt per distinctionē. si fieri potest. cōtrarietas remoueat: vt Alex. cōcludit in cōs. cxlj. viso testamento. col. iij. lib. ij. vbi ad hoc plura inducit.

**Q**UAE rerum natura prohibetur, nulla lege cōfirmata sunt.

¶ DE hoc suprā in l. impossibilem. s̄. eod. tit.

In l. Pupillus nec. Argumenta.

- 1 Pupillus ignorat etiam visa, nec discernere nouit.
- 2 Pupillus p̄bertati proximus, præsumitur doli capax.
- 3 Pupillus infans ne naturaliter quidem obligari potest.

REGVLA CXLIX.

**P**UPILLVS nec uelle nec nolle in ea atate (nisi apposita tutoris autoritate) creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris autoritas necessaria est.

¶ ET alibi in l. j. C. de fals. mon. dicitur, q̄ † pupillus i quicquid videt, ignorat: & in tali atate pupillus nec scire, nec discernere potest. l. pupillus. de acquir. her. & eo. ti. l. more. §. si. dicitur, q̄ nō est consili; capax, & in omnibus rebus infirmum est eius iudicium. ideo tutore autore regitur. l. si. ff. de manu. vin. & quia nō sentit, ingratus estimari non potest. l. si quis in suo. §. legis. in fi. C. de inoffi. test. Et propter iubicū consili; repellitur à testimonio.

liq.

l. iij. §. lege Iulia. ff. de testi. Et testari prohibetur, quia nullum habet iudicium. §. præterea. inst. quib. nō est permis. fac. test. & stabilē mentem non habet. l. si. C. de testa. mil.  
 ¶ Et ista regula cū simi. alleg. intelligitur in pupillo quī  
 2 infans sit vel infantie proximus. ¶ Secus videtur si pubertati proximus sit. per ea quæ supradiçta sunt in regu. pupillum. vbi dictum est, q̄ ex delicto obligatur. Et concludendo, pupillus an possit habere officium, dictum fuit s̄. in l. foemina. §. item impuberes. s̄. eo. ti. An ex delicto, dictum est s̄. in l. pupillum in cōtractibus. ¶ pupillus infans vel infantie proximus non obligatur etiam naturaliter. l. quōd pupillus. s̄. de cond. inde. vbi gl. ad idē tex. in l. pupillus. s̄. de act. & obl. & facit tex. hic, cum sim. Si verō sit proximus pubertati, obligatur naturaliter. l. j. ff. de act. & obli. & no. per gl. hic. & Bar. in l. j. ff. de nouat. cuius dicta refert Ange. Arer. in §. pupillus. inst. de inut. stipu. & vide quæ dixi in l. non omnis. §. pupillus. s̄. si cert. pet.

### In l. Quod euincitur. Argumenta.

- 1 Euiçtum à nobis, non est in bonis nostris.
- 2 Bona dotalia non sunt in bonis mariti computanda.

#### REGVLA CL.

**QVOD euincitur, in bonis nostris non est.**

- 1 ¶ GLOS. in fin. intelligit quando euiçtum sit. ¶ tunc enim non dicitur esse in bonis, quia non sum dominus, nec bonæ fidei possessor. l. bonorum. §. in bonis. de verb. sig. s̄. vbi etiam in bonis esse dicitur quod bona fide possidemus. & in l. rem in bonis. de acquir. rer. dom. dicitur, q̄ dicitur esse in bonis res pro qua exceptio cōpetit possidenti, & actio contra possidentem. & hoc largo modo: alijs verō quædam dicuntur non esse in bonis nec extra bona. l. j. de vsufruct. leg. & ibi Bart. & bona data in feudum computantur in bonis vasalli: vt not. Bald. in ca. j. in princ. circa fin. in tit. per quos fiat inuest.
- 2 ¶ Et bona dotalia ¶ nō dicuntur in bonis mariti. Bar. in l. Lucius. §. idē respōdet. el. ij. ad munic. & cū res euiçta sit, an agatur prima actione, vide Bart. l. si quis aliā. s̄. de sol.

### In l. Neratius. Argumenta.

- 1 Priuilegium datum viuenti, non competit defuncto.
- 2 Interpretatio priuilegij spectat ad concedentem.
- 3 Mortuus non potest doctoratus suscipere dignitatem.
- 4 Priuilegium mortuo quale concedi possit,

**N**ERATIVVS consultus an quod beneficium dare se quasi uiuenti Cæsar rescripserat: iam defuncto dedisse existimaretur, respondit non uideri sibi principem quod ei quem uiuere existimabat concessisset, defuncto concessisse: quem tamen modū esse beneficij sui uellet, ipsius æstimationem esse.

¶ DVO dicta colliguntur. † Primum, quod priuilegium datum alicui tanquā uiuenti, mortuo non cōpetit. ¶ Secūdum, † quod interpretatio beneficij vel priuilegij spectat ad principem qui concessit. Circa primum gloss. adducit simile, quod iudicium inchoatum pro aliquo tāquam uiuente, illo mortuo extinguitur. & ad idem text. alleg. in gloss. in l. pen. s. quæ sent. sine app. rescin.

¶ Et regula uidetur loqui quando vnus credebatur esse ille cui datum sit priuilegiū, à fortiori si constaret illum mortuum esse, idem esset dicēdum: quia mortuo legari non potest. l. j. §. in primo. de cad. toll. l. ij. §. j. l. diuus. §. fi. de iure cod. Et † mortuus doctorari nō potest: vt not. Ab. 3 in c. à nobis. de sent. el. ij. in ij. col. in ver. itē infero ad aliā quæst. & mortuo literæ dari non possunt: vt not. q. tradit Bal. in l. Arethusa. col. ij. ver. & practica faciūt ad quæstionem. de sta. ho. Alia tamen ratio uidetur, quando cogitabat illum uiuū, & sit mortuus, quia non cogitauit de illo mortuo. Secus si cogitauit illū mortuū, & priuilegium etiam mortuo cōueniret: quia uidetur quod etiam mortuo conferri possit priuilegium, gratia exempli: qui non potest stare uiuus in ciuitate, etiā mortuus ibi nō potest<sup>a</sup>

▲ Potest. De sepeliri. l. ij. vbi Bartol. l. ij. de cadauer. pun. & sepulchra hostiū possunt violari. l. sepulchra. ff. de sepul. vio. † ideo uidetur q̄ etiam mortuo dari possit priuilegium, quod<sup>4</sup> sepulchrum hostis violari non possit: vel q̄ corpus mortui in ciuitatem deferri possit. vide dicta Aret. in §. licet. ex quib. cau. ma. in vlt. not. circa secundum dictum, adde text. in l. ex facto. in prin. de vulg. & pup. & in c. cum ve nissent. de iud. declarando, vt dixi ibi.

### In §. Ea quæ in partes. Argumenta.

- 1 Seruitus viæ, itineris, aquæ ductus in obligationem pro parte non deducitur.
- 2 Hæredes plures ad opus faciendū grauati, obligantur in solidū.

## REGVLA CLII.

**E**A quæ in partes diuidi non possunt solida à singulis hæredibus debentur.

¶ **EXEMPLVM** habetur in l. viæ. s. de serui. vbi dicitur, ¶ quòd seruitus viæ, itineris, & aquæductus pro parte in obligationem deduci non potest: quia vsus eorum indiuiduus est, & ideo si stipulator decesserit pluribus hæredibus relicta, singuli in solidum viam petunt: & promissor si pluribus relicta hæredibus decesserit: à singulis hæredibus a solida petitio est. & idem dicitur in l. ij. s. ex his. s. de verb. oblig. ibi, dum inquit: & ideo si diuisionem res promissa non recipiat, veluti via, hæredes promissoris singuli in solidum tenentur, ¶ & ideo si plures hæredes grauati sunt à testatore ad faciendum opus: quilibet in solidum tenetur. l. fideicommissa. s. pen. inci. si in opere. de leg. ij. vbi Bar. & ratio videtur, quia facta indiuidua sunt, sicut seruitutes. l. stipulationes non diuiduntur. in prin. de verbo. oblig. & de illo s. penult. vide Alex. in l. ij. s. & harum. col. j. de verb. oblig. Et in indiuiduis quis consequitur ex persona alterius quod ex propria persona non competeret. l. si communem. ff. quem admo. serui. amit. cum simi. vt per Feli. in c. j. de prescri.

**I**N re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius est, quàm tutius.

¶ **DICTVM** est supra in regula, semper in dubiis.

**I**n l. Omnia ferè. Argumenta.

- 1 Statutum loquens de dominio, non habet locum in eo, quod heres retro habuisse fingitur.
- 2 Fictio in præiudicium tertij non trahitur retro.
- 3 Fictio non habet locum, vbi extrema requisita non sunt habilia in fictione de tempore ad tempus translatiua.
- 4 Filius familiars hæres institutus, si sui iuris fiat, hæreditatem postea aditam sibi acquirit.
- 5 Iudicium quando retrorahatur.

## REGVLA CLIII.

**O**MNIA ferè iura hæredū perinde habentur, ac si cōtinuo sub tēpore mortis hæredes extitisset.

¶ **CONCORDAT** tex. in l. omnis hæreditas. j. eo. & in l. hæres quandoque. s. de acqui. hære. & in l. si ex re. s. si. de stipul. seruo.

**A** Hæredibus Sic etiam mortuo vasallo hæredes eius tenentur iurare fidelitatem dño in solidum, licet possideat feudū pro parte, ita Ang. in s. ex his. hic alleg. arg. illius s. & ibi Aret. in ij. col. ver. ij. nota. ibi, quarit quid ecōtra, an vnus vasallus teneatur iurare fidelitatem omnibus hæredibus patroni. & concludit secundum comunem opinionem, quòd non tenetur nisi vni. & qd erit in eius electione cui iurabit, per gl. in c. j. s. oēs filij. si de feu. sue. contro. inter dom. & agn. H. C.

¶ Et ista regula procedit secundum fictionem, ut dicit Bar. post gl. in d. l. hæres quandoq; . Text quo infert quod statutum quod loqueretur de dominio non haberet locum in tali dominio quod hæres fingitur retro habuisse: quia in statutis verba proprie accipiuntur. l. ii. §. hæc verba. s. de neg. gest. vbi gl. & Bar. in terminis huius regulæ loquuntur. Et hoc facit quod dicit Bar. in d. l. hæres quandoq; . quod regula non habet locum in casibus in quibus veritas requiritur. declarando text. in l. hæreditaria. s. de furt. allega. glo. hic & ibi. Et ex hoc infert Roma. in d. l. hæres quandoque. ad quæstionem de gabella in qualitate. ibi insisit Aret.

¶ Secundo infertur, quod talis fictio non trahitur retro in præiudicium alterius: ut no. Bar. per illum text. in l. nam & seruitus. §. qui negotia. s. de neg. gest. facit quod no. Bar. in l. si indebitum. §. si procurator. & in l. bonorum. s. rem rat. habe cum simi. ut dixi s. in regula, semper qui non prohibet. §. j. s. eo.

¶ Tertio infertur quod regula quæ procedit secundum fictionem non habet locum vbi extrema non sunt habilia quæ requiruntur in fictione translatiua de tempore ad tempus. l. deniq; . s. ex quib. cau. ma. l. huic scripturæ. ad leg. Aquil. in l. quoties. s. de nouatio. & ideo, quia quædam extinguuntur morte defuncti quæ cum non reperiantur tempore aditionis, non possunt ad hæredem pertinere: quia vltimum extremum deficit. l. hæres in omne. s. de acquir. hære. cum not. ibi in glo. Quædam etiam non erant tempore mortis, & etiam iacente hæreditate inchoari non potuerunt, ut acquisitio vsusfructus. l. vsusfructus. de stipu. seruo. vel vsucapio. l. vsucapio. & l. ceptam. s. de vsucapio. Et in istis ista fictio non habet locum. & ad istam resolutionem dicit Bar. in d. l. hæres quandoq; . reducuntur contraria alleg. in glo. ibi & hic. Et propter prædictos casus in quibus regula non procedit hic dicitur ferè. & in d. l. hæres ad denotandum, quod regula non semper procedit. Et adde quod regula ista etiam non videtur procedere quo ad personam cui hæreditas acquirenda sit: quia si filius familiæ sit hæres institutus, & priusquam adeat efficiatur sui iuris, hæreditas postea adita sibi acquiritur: nec illa aditio retrotrahitur, ut patri acquiratur. l. non dubium. C. de iure delibe. & facit text. in l. si solus. §. si. de acquir. hære. & cum attendatur tempus aditionis quo ad acquisitionem.

¶ Text supradictis infertur ad quæstionem, quod ex quo aditio trahitur retro, quod si procurator generalis eius cui erat delata hæreditas intentaui iudicium nomine hæredis instituti, & opponatur quod hæres non adiuit hæreditatem, ad eundem confirmatur iudicium, quia aditio retrotrahitur: ut no. Bal. & Imo. post Cyn. in d. l. hæres quandoq; . quod declaratur, ut ibi per Arerinum. & adde Imo. qui similem ponit quæstionem quam dicit de facto habuisse in l. si filius qui patri. de vulg. col. ij. in ver. & secundum hoc facit ad quæstionem. de vulg.



quòd non est de proprietate verbi, quòd hæres hereditis dicatur hæres testatoris. & hoc confirmatur, quia dicitur hæres secundum quid, & non simpliciter, dum appellatur hæres heredis. d. l. fi. C. de hære. instit. ergo non proprie: quia verba accipiuntur simpliciter: & non secundum quid. l. hoc legatum. vbi Bar. de leg. iij.

¶ Et hoc verum est, nisi agatur de his ¶ quæ iuris sunt: 4 quia verè, & proprie in hæredem heredis transmittuntur: vt not. Bal. in d. l. fi. in xxj. quæstio. vnde infert, quòd hæres heredis contraueniendo incidit in pœnam quæ fuit promissa si hæres contraueniret.

¶ Secundo regula ista non habet locum, quando dicitur de heredibus infrascriptis <sup>a</sup>: vt no. Bar. in l. qui liberis. §. <sup>A</sup> hæc verba. de vulg. in fi. col. vers. quæro quid si testator. quia infrascripti dicuntur heredes qui legi possunt. l. j. §. de his quæ in testamen. delen. & idem Imo. in l. si quis filium. §. si. ff. de acqui. hære.

¶ Et hoc procedit quando subest aliqua ratio particularis affectionis in scriptis heredibus: aliàs secus: vt tradit Corneus in consil. lxxix. quanquam. lib. iij. Et per istam distinctionem reduci possunt omnia iura quæ contra Bar. adducunt Aret. & Moder. in d. l. qui liberis. §. hæc verba. considerando in effectu an sit eadem ratio.

¶ Tertio fallit, vbi agitur de pœna <sup>b</sup>: ¶ quia si heredi <sup>B</sup> imposita sit, nõ habet locum in herede heredis: vt notat <sup>5</sup> Bar. in l. multa. de condit. & demon. in versic. & per hoc dicitur & Bal. in l. fi. in q. xxij. C. de hære. instit.

¶ Prohibitio tamè alienandi facta heredi, ¶ ad heredem <sup>6</sup> heredis extenditur: vt not. Bart. in l. filiusfamilias. §. diui. col. fi. in vers. quæro vtrũ. de leg. j. & in l. Lucius. §. Sempronius. de leg. iij. cum simi. vt tradit Rom. in consil. cccc. lviij. circa propositam consultationem. in primo dubio.

¶ Et hoc intelligitur, ¶ nisi nominatio heredis facta sit <sup>7</sup> proprio nomine, vt not. Bart. in d. §. Sempronius. cum si. vt tradit Alexan. in consil. lx. ponderatis his in fi. lib. iij.

### In l. Expressa nocent. Argumenta.

- 1 Effectus rei quando & per quid præsumatur mutari.
- 2 Taciti & expressi nõ est æqua virtus quo ad actus nullitate.
- 3 Iuramentũ calumniæ remitti potest tacite, sed nõ expresse.
- 4 Error iuris expressus sententiam vitiat.
- 5 Expressio quando proffit, & quando noceat.
- 6 Renunciatio expressa efficacior est tacita.

- 7 Dominium rei legatae quando in legatarium transeat.  
 8 Condicio expressa in ultimis voluntatibus quando transmissionem impediatur.  
 9 Pignus per pactum expressum ipso iure tollitur.  
 10 Taciti & expressi in contractibus est eadem virtus.

## REGVLA CLV.

**A** EXPRESSA nocent, a nō expressa nō nocēt.

**G**LOSA ad declarationem regulæ firmavit tres conclusiones. **¶** Prima secundum regulam ut verba sonant ad idem tex. in l. nonnunquam. in princ. & in l. si in drem. §. si de condi. & demō. vbi dicitur, q̄ sapenūmero effectus rei mutatur, ex eo quod testator expressit quod absque expressione intelligitur. ad idem text. in l. Sempronium. §. de hære. insti. & in l. actus legitimi. §. eod.

**¶** Et ista conclusio procedit quantum ad annullationem actus: quia magis inficitur ex dispositione expressa, quā tacita: **¶** vnde quo ad nullitatem actus. non est par virtus taciti & expressi: ut dicit Bald. in l. eleganter. §. si quis post. col. pen. s. eo. de condic. inde. & colligitur in iuribus supra alleg. **¶** & videmus quod remissio iuramenti calumnie, expresse facta non valet, & tacite admittitur. c. de iura. cal. in vj. c. ceterum. de iura. cal. & in l. ij. §. sed quia veremur. C. eo. titu.

**¶** Et error iuris expressus in sententia, vitiat: secus si tacite colligatur: vt no. in c. de re iudi. & per glo. in l. ex diuerso. §. si s. sol. mat.

**¶** Et in casu d. l. nonnunquam. cum si. §. alleg. non procedit regula quæ dicit, quod expressio eorū quæ tacite infunt, nihil operatur. l. iij. de lega. j. l. hæredis. §. tractari. §. quando dies leg. ced. l. nō recte. C. de fideiuf. Quia in dictis iuribus videtur aliter facta expressio, quam in esset: vt declarat Imol. in d. l. si quis Sempronium. & Doct. late tradunt in d. l. iij. de leg. j.

**¶** Secunda cōclusio glo. est, **¶** quod cōtra quādoq; expressio prodest. l. si. C. de noua. cum simi. allega. in glo. Et expressa pupillaris substitutio matrem excludit. l. Papinianus. §. sed nec impuberes. §. de inoffi. test. in c. si pater. de testa. in vj. **¶** Secus est in tacita: vt not. in l. precibus. C. de impub. secundum communem intellectum.

**¶** Et expressa **¶** renunciatio plus valet, quā tacita glo. no. in clemē. saepe. in ver. partibus. de ver. sig. Et expressa repudiatio plus nocet, quā tacita: vt no. Pau. de Cast. in

**A** Nocēt. Dicit Ias. in l. ij. §. si. filius. col. fin. §. de lib. & posth. q̄ non est regula minus rationis habens.

**Expressis.**  
 Adde Socin. in trac. fall. in regu. ecel. & Phil. Cor. consil. liij. col. iij. inci. pro decisione. & in cōs. lxxj. col. ij. incip. super in j. vol. & in cōs. lxxj. inci. quāquā. ij. col. iij. vol.



l.j.C. qui admitt. per gloss. in l.j. sed videndum. de cuius intellectu dixi in d.l.j. col. iiij.

¶ Et quando res expresse legata sit, transit dominium 7 in legatarium. l. à Titio. §. de furt. l. si tibi homo. §. cum seruus. de leg. j.

¶ Secus est si tacite relictum sit: vt not. Bart. in l. emptor. §. ancilla. §. de rei vend. in versi. ex quo no. & in l. seruum filij. §. si. in fi. de leg. j.

¶ Et expressa conditio in vltimis voluntatibus impedit transmissionem. l. j. §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. tollen. secus est in tacita. l. conditiones extrinse cus. de condi. & demonstr. & no. Bart. in l. qui sub conditione. §. si. in princ. §. de cond. insti.

¶ Et per pactum expressum ipso iure pignus tollitur. 9 Secus est in tacito: a vt not. per glo. in l. tibi. §. de pigno- re. §. de pact. & procurator qui habet potestatem. reuocati substitutum ab eo, potest expresse reuocare, non tacite, b vt no. Old. in consi. cxxx. col. ij. de qua no. Domin. in c. si quem. de procu. in vj. & Nellus in tract. bannitorum. in ix. quæst. tertie partis primi temporis.

¶ Tertia conclusio est secundum regulam. l. cum quid. §. si certum petatur. ¶ quod in contractibus par virtus est taciti & expressi. ad idem tex. in l. triticum. de verborum obligatio. & hoc procedit in his quæ sunt de natura contractus de quibus partes videntur cogitare: non tamen proprie hoc videtur ex intentione partium: sed potius hoc videtur ex prouisione. l. sicut interesse. quod tacite venit in obligationibus facti, non dicitur esse ex dispositione hominis, sed legis. vt no. Barto. in l. cum stipulatur. de verborum obligatio. & facit in text. in d. l. cum quid. ibi, agi videtur, & ibi pro cauto habetur. ista enim verba denotant fictionem. & ita Areti. dicit in l. iij. §. Cato. col. xiiij. de verbo. oblig. dixi in d. l. cum quid. vbi plenè materia explicatur.

## REGVLA CLVI.

**P**RVILEGIA quedam cause sunt, quedam persone: & ideo quedam ad heredes transmittuntur, quæ cause sunt: quæ persone sunt, ad heredes non transcut.

¶ DE ista regula dictum est §. in regu. in omnibus causis id obseruatur.

## In l. Semper in contract. Argumenta.

- 1 Contractus liciti esse debent, & honesti.
- 2 Honestatis causa ab omni reuerentia censetur exempta.
- 3 Vxores subditorum non debent cogi ad domos dominorum ingrediendum gratia chorearum.  
Mulier inhonesta debet expelli de vicinia.
- 4 Meretrices possunt signo notari.  
Maritus ad concubinam dimittendam compelli potest.
- 5 Vxor adulterium committens dotem non perdit, marito concubinam tenente.
- 6 Vxor agere potest ad dotem & tori separationem, marito concubina vterte.
- 7 Contrahentes & si licite se mutuo decipiant, non tamen honeste.
- 8 Turpitude non dicitur, quae iure permittente perpetratur.
- 9 Deceptio, etiam iure Canonico, contrahentibus permittitur.

## REGVLA CLVII.

**S**EMPER in contractibus non solum quod liceat, sed & quod honestum est.

- 1 **N**OTA quod in contractibus consideratur non solum quod licet, sed etiam quod honestum sit. nam vnum est preceptum iustitiae, quod viuat quis honeste. i. iustitia.
- 2 §. iuris precepta. de iust. & iur. & ideo in ius honestatis ab omni reuerentia semper exemptum esse intelligitur: vt not. Bal. in l. quod ex libera. C. de oper. libe. vbi per illum
- 3 tex. inferitur quod subditi alicui domino non debent compelli vt eorum mulieres vadant ad domum domini ad tripudandum, ratione honestatis. Et propter hoc dicit Pau. de Cast. in l. nullus. C. de sum. Trini. quod si aliqua mulier inhonesta veniat ad habitandum, vicini illam expellere possunt. alleg. no. in §. h. in auth. de leno.
- 4 Et ideo meretrices cogi possunt portare aliquod signum vt discernantur ab alijs: vt no. Bald. per illum text. in l. minime. C. de episco. aud. Et ratione honestatis ad instantiam vxoris & conjunctorum potest compelli maritus ad dimittendum concubinam: vt no. Paul. de Cast. post antiquos, vbi refert in d. l. iustitia §. iuris precepta.
- 5 Et quando maritus tenet concubinam, si vxor committit adulterium, non perdit dotem: vt not. dicit Pau. de Ca. in consi. cxxvij. hac mulier non debet excludi: quia patria delicta mutua compensatione tolluntur. l. viro. b. atq. vxore. ff. solu. matrimo. & in c. significasti. de adult.
- 6 Et quando maritus tenet concubinam, potest vxor agere ad separationem tori, & dotem repetere: & debet

lucrari donat. propter nuptias. vt Rapha. Cuman. conclu-  
dit in consi. clxxv. domina Andriola. in fi.

¶ Et ad tex. hic qui dicit. quod honestas attenditur in con-  
tractibus. dicit glo. ¶ quod licet iura permittat cōtrahēti-  
bus se adinuicē decipere. l. in causa. la. ij. §. pen. §. de mi-  
noribus. l. itē si pretio. §. si. ff. loca. non tamen hoc hone-  
stum est. & non conuenit bono viro. & in hoc glo. ista est  
no. qua Bal. sequitur in auth. ad hęc. in pen. col. §. de vsur.  
in c. quanto. de iureiurā. in c. proponente. de rescip. ¶ Et  
dicit Bal. in l. cū ipse. in princ. C. de cōtrahē. emp. in prin.  
quod ad bonam fidem spectat iusto pretio vendere.

¶ Et per istam gloss. not. cautelam tradit Ioan. de Ana. in  
c. in ciuitate. col. vii. de vsur. dicens apud Ferrarien. con-  
suluisse. vt interrogetur ille qui minus iusto pretio emit.  
an sit bonus vir. & si confitebitur hoc quod verisimiliter  
non negauit. tenebitur ad iustum pretium.

¶ Istam cautelam videtur reprobare Fely. in ca. si. de pra-  
sump. col. iij. quia non videtur quod cogatur illi positio-  
ni respondere. quia continet turpitudinem iuxta no. per  
glo. & Doct. in l. qui iurasse. §. si pater. de iureiuran.

¶ Sed responderi potest. quod ista non videtur turpitu-  
do. ex quo iura permittunt. arg. l. Gracchus. C. de adulter.

¶ Videtur tamen quod alia ratione non teneatur respon-  
dere. quia illa positio captiosa videtur. ideo illi nō est rē-  
dendū. vt per glo. in c. ij. in ver. rationabili. de cōfēs. in vj.

¶ Vltcrius ad istā glo. considerandum est. q̄ licet glo. di-  
cat. quod non cōueniat bono viro. nō per hoc sequitur  
quod cogatur ad iustum pretium in foro cōtentiolo: quia  
glo. videtur loqui de honestate. vel in foro conscientia.

¶ Propterea ¶ regula quæ dicit licitum esse cōtrahenti-  
bus se decipere. etiā procedit de iure canonico. cap. cū  
dilecti. c. penul. de emp. & vend. ergo videtur permissum  
etiā in foro conscientia: vt per glo. in c. cum cōtin-  
gat. de iureiuran. Et certe si quis vendit scienti valorem  
rei. non videtur laesa conscientia. vt dicit Salic. in authen.  
ad hęc. in xxj. q. C. de vsur. & not. Imol. in c. j. de empti. &  
vendi. & dixi in l. penul. C. de pact.

¶ Et si in foro cōscientia: hoc licet. ergo etiā bono vi-  
ro hoc permissum videtur. contra glo. hic. quia cōscientia  
idem est & bonus vir. vt no. Bal. in c. cum causam. el. ij. in  
fi. de test. Et ad suprā dicta de honestate. no. Lucas de Pen-  
na in l. retractare. in princ. C. ne fiscus rem quā vēd. lib. x.

REG

att

*h. hunc vol.  
Siquis in con-  
tribendo nō  
C. de pact.*

A

~~Conscientia.~~~~Deus.~~

contra

c. off.

hic se

habes

cor

fm

loua

lib. 2

varia

c. 4<sup>o</sup>

n. 11.

qui hunc

non allegat.

**N**EQVE in interdicto, neque in ceteris causis,  
pupillo nocere oportet dolum tutoris: siue sol  
uendo est, siue non est.

¶ I S T A reg. declaratur secundū distinctionē Bar. in l.  
si dolo tutoris. ff. si qs omif. cau. testa. & in l. j. §. si pcura  
tor. §. si quis ius dicē. non obtem. supplēdo ibi, vt p Alex.

REGVLA CLIX.

**N**ON potest dolo carere, qui imperio magistra  
tus non obtemperat.

¶ F A C I T tex. in l. j. §. si quis ius dicē. & in l. iniuria  
rum. §. si quis. §. de iniur. & regula ista declaratur quatuor  
modis, vt tradit Pau. de Cast. in l. vt vim. §. de iusti. & iur.  
& vide dicta in l. non videtur. si qui iussu. §. eod. titu. &  
vide Abb. & quā dixi ibi in ca. si quando. de offic. deleg.

In l. Qui in seruitute. Argumenta.

- 1 Potestatem sui non habēs, alium in potestate nequit habere.
- 2 Potestas patria in tutore non attenditur.

REGVLA CLX.

**Q**VI in seruitute est, usucapere non potest, nam  
